Hæc Chronologia placet A.C. Sed p. 292

c
o
n

PHILIPPI LANSBERGII

Chronologiæ ſacræ

LIBRI III.

In quibus annorum mundi ſeries, ab orbe condito ad everſa per Romanos Hieroſolyma, novâ methodo, atque infallibili *Apodeixi* oſtenditur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TATIANVS.

Apud quos temporum notatio non cohæret, apud illos neque veritatis & fidei hiſtoricæ ratio ulla conſtare poteſt.

BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. ROMA

COL. S. BONAVENTVRÆ VRB.

MIDDELBVRGI ZELANDIÆ.
Apud Zachariam & Michaelem Romanum,
Anno 1645.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ampliſsimis & Magnificis viris,

CONSVLIBVS
ET
SENATVI Reipubl. Goeſanæ,

Dominis ſibi plurimum obſervandis,

P. LANSBERGIVS S.D.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

VNdequadrageſimus eſt annus, ex quo Veſtræ Eccleſiæ Paſtor admotus ſum; jactis initijs laborum (ſi quid in hoc honoris eſt) intra Antuerpianæ Vrbis mænia. Inter tot celebres ibi tunc Viros, quibus Vrbs pro claritate abundabat, ego tantulus etiam in Eccleſiaſten adlectus; in meſſem fateor opimam, ni malo Reipubl. noſtræ, ipſiuſque Vrbis fato, id membrum corpori belli impetus abripuiſſet. Promiſcuis tunc bonorum fugis, ego pars minima utique etiam acceſsi. Cumque accidere mihi neceſſe eſſet, ut extorris, & ſine grege, tamen Paſtor alicubi deliteſcerem, conceſsi Lugdunum Batavorum, ubi DEVS OPT. MAX. mite mihi ocium fecit, in Muſarum quaſi chorum admiſſo, ut talium inſultuum inexpertum animum, illo conſortio recolligerem; ſcilicet jam tum deſtinatus, à ſummo omnium moderatore, veſtri populi curis. Neque id diu anceps: Nam

Digitized by Google

poſt annum ab Amerſfordicis per literas invitatum, Veſtra primùm vocatio excepit; & ſiquidem parendum DEI omnipotentis ductui, ſuſcepi humeris Eccleſiæ Veſtræ onus, & pertuli annis plùs minùs undetriginta. Neque id pœnitet, laborum fructus adeptum, tot incolarum Veſtrorum fidem in CHRISTVM, pietatem, & ut ſpero, ſalutem; cujus quidem illorum bona pars jam poſſeſsione ſatiantur in cœlo: ego mercedem ſi quam hîc merui, ſeneſcente hoc corpuſculo, opperiar in poſterum; non indotatus quidem nunc ab illius liberalitate. Siquidem intra veſtros parietes decem ſuſcepiſſe liberos, ac ſub tutela veſtra educaſſe, inter proſpera numerandum eſt. Horum nonnullus veſtra terra tegitur, duo degunt veſtris finibus, reliquos negociorum ſparſit neceſsitas, omnes in perpetuum vobis deditos, ac debitores.

Mihi verò tot laboribus feſſo, quos apud vos exhauſi, Illuſtrium Zelandiæ Ordd. Delegati conceſſere hoc Middelburgenſe ſecretum, ac illorum, Veſtraque benificentia, honeſtum & liberale ocium. Id ne ſegne eſſet ac ſterile operam ſemper dedi, emiſsis aliquot, dum hic moror, opuſculis, Reipubl. & (ut ſpero) Eccleſiæ bono. Supereſt hic intra veſtros parietes natus, poſt hîc educatus, & nunc à nobis manumiſſus, qui eſt de ratiocinio ſacrorum temporum. Cujus materiæ dignitatem non priùs adſtruxerim, quàm ſi omnes eruditione celebres ei ſtudio incubuiſſe aſſeram. Certè ut in rerum reputatione multùm juvat loci intuitus, ita temporis quo quicquam geſtum eſt cognitio, addit hiſto-

hiſtoriis & lucem & fidem ; nec citiùs erubeſcat Atheus ſcripturæ ſacræ divinitatem , quàm ſi temporis tam exactam rationem dederis,cœli motibus,ſibi,& Gentium ſcriptis conſentientem. Studuere hoc ante me magni Viri , ſed non eo quem volebant ſucceſſu. Ego quid præſtiterim, judicent Amplitudo Veſtra, ac quiſq; doctus & pius.

Viſum porro eſt , Ampliſsimi & Magnifici viri , hoc noſtrum opus vobis & populo veſtro inſcribere , ut & ego gratus ſim , & id veſtro nomine gratius. Quorum quidem illud ego debeo , hoc vos debetis , quippe per euangelium, ut cum Apoſtolo dicam , à me geniti , ejuſdemque puro lacte enutriti : quod utique Vobis me favere jubet , & vos mihi. Accipite ergo hanc amoris mei teſſeram,cujus uſum etſi decennij à vobis abſentia eripuit , affectum tamen non ademit , nil adimet quam mors omnium in mundo ultimum. Valete Ampliſsimi & magnifici Viri. Middelburgi , VII calend. Iulias. Anno æræ CHRISTI vulgaris M. DC. XXV; veræ XXVIII , ſupra milleſimum & ſexcenteſimum.

Digitized by Google

Lectori S.

ETſi magnam adhibuimus diligentiam, ut hunc tibi librum quàm emendatiſſimum impertiremur, quia tamen nemo ſatis ubivis oculatus eſſe poteſt, errata quædam inter excudendum irrepſerunt, quorum præcipua ad libri calcem annotavimus, ut tua opera in corrigendo nobis ſuccurrat. Accedunt autem ad illa, etiam hæc pauca, de quibus jam te monendum eſſe putavi.

Pagina 114, verba quæ leguntur ad 17 diem menſis ſecundi, debentur diei 10; & quæ annotata ſunt ad diem 24, pertinent ad diem 17.

Pagina 158, ad primum diem menſis Januarij, poſt hæc verba, Thebet menſis decimus. adde, Conſules hoc anno Romæ fuerunt Julius Silanus, & Silius Nerva, quibus CHRISTUM baptiſatum eſſe, Epiphanius conſtanter affirmat.

Pagina 156, ad notam primi diei Niſan, poſt hæc verba, Artaxerxis Longimani 487. adde, Conſulatum verò hoc anno Romæ geſſerunt M. Vinucius, & L. Caſſius Longinus, quibus CHRISTUM crucifixum eſſe Epiphanius teſtatur.

Pagina 176, linea ultima pro filium hoc die interfecit, lege, filium circa hoc tempus interfecit.

Hæc ſunt, candide Lector, quæ cum illis quæ ad finem libri annotata ſunt, à te corrigi & reponi velim, antequam ad lectionem aggrediaris; ita enim laboribus noſtris feliciter frueris. Vale, nobiſque & veritati fave.

Digitized by Google

In Reverendi viri P. Lanſbergij Chronologiam Sacram.

QUI ſacram legis hiſtoriam, neque tempora noſti
Indubitata ſuis quæque notata locis,
Paſſibus ambiguis hinc inde volubilis erras,
Ut qui ſub dubio lumine carpit iter.
At te ne fallant uſquam veſtigia, clarum
En tibi Lanſbergus lampada propoſuit.

Mr: Jacobus Lanſbergius. Senator Reip. Middelburgenſis. M. D.

Digitized by Google

FElices animæ quibus hæc cognoſcere primùm,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitijſque jociſque
Altius humanis exeruiſſe caput.
Non Venus, & vinum ſublimia pectora fregit,
Officiumque fori, militiæque labor:
Nec levis ambitio, perfuſaque gloria fuco,
Magnarumve fames ſollicitavit opum.
Ad movêre oculis diſtantia ſydera noſtris,
Ætheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petitur cælum, non ut ferat Oſſan Olympus,
Summaque Peliacus ſydera tangat apex.

Ovidius libro Faſtorum I.

Digitized by Google

CHRONOLOGIAE SACRÆ.

LIBER PRIMUS,

De Tempore.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

SERIEM annorum mundi à prima rerum origine ad divaſtata per Romanos Hieroſolyma, aggredior oſtendere ex ſacris literis. Tu ÆTERNE DEUS, qui ex æternitatis tuæ abyſſo eduxiſti tempus, in tempore creaſti mundum, in mundo condidiſti hominem, ex hominum genere collegiſti Eccleſiam, da mihi Eccleſiæ tuæ & circa Eccleſiã res geſtas, certis atq; indubitatis annorũ periodis diſtinguere. Tu ÆTERNE PATRIS FILI, per quem omnia ſunt facta, Eccleſia tua in mundi primordio eſt conſtituta, poſt lapſum eſt reſtituta, in plenitudine temporum redempta, in fine temporum glorificanda, illuſtra mentem meam ſapientiæ tuæ radiis, ut Eccleſiæ tuæ annos numerem à primis ad ultimos. Tu PATRIS & FILII ÆTERNE SPIRITUS, per quem omnes exercitus cælorum ſunt creati, Eccleſia tua eſt ſanctificata, viri ſancti ſunt afflati, qui res Eccleſiæ tuæ

Digitized by Google

conſignarunt, concede mihi ea tempora quæ in ſcriptis ſuis propoſuerunt ita demonſtrare, ut ex ἀποδείξει mea cuivis perſpicuum ſit, ſacram ſcripturam eſſe ſacroſanctum verbum tuum, & veritatem, quæ potens ſit ſervare omnes, qui eam vera fide amplectuntur. Exaudi me Deus propter Iesum Christum Filium tuum dilectum, qui tecum & cum Spiritu Sancto, unus ille & verus Deus vivit & regnat n omnia ſecula, Amen.

Scriptionis meæ ordo hic erit. Primùm agam de tempore, eiuſque rationem explicabo tum in anno Iuliano, tum in anno Hebræo quantum Chronologiæ ſacræ erit ſatis. Secundò diſtinguam annos mundi omnes qui in ſacra ſcriptura recenſentur in novem intervalla temporum: quorum prima quatuor evidenter demonſtrabo ex ſacris literis; & quatuor poſtrema ex Solis & Lunæ motibus. Quintum verò intervallum probabo tum ex motibus Solis & Lunæ, tum ex ſacris literis. Tertiò recenſebo annos mundi omnes, qui characterem habent à Solis & Lunæ motibus expreſſum in ſacra ſcriptura, aut alia Hiſtoria, eoſque ad Solis & Lunæ motus à nobis reſtitutos exigam, atque inde evincam, ſeriem annorum mundi, quam novem temporum intervallis diſtinctam propoſui certiſsimam eſſe, eò quod ſacræ ſcripturæ, & cæli converſioni undequaque reſpondeat. Hæc ſunt quæ Ego, Deo favente, præſtare decrevi; Deus verò Opt. Max. qui mihi dedit velle, det mihi etiam perficere pro gratuita ſua benevolentia.

Quid tempus ſit. *Caput I.*

INitium facio a tempore, & primùm à temporis definitione. Nam ſi certam volumus conſtare rationem temporis, oportet nos ante omnia ſcire quid tempus ſit. Hoc diſcere poſſumus ex definitione quam Græci Philoſophi prodiderunt his verbis, χρόνος ἐστι μέτρον κινήσεως τῆς ἐν οὐρανίᾳ σφαίρᾳ γινομένης; Hoc eſt, Tempus eſt menſura motus qui in cœleſti orbe perficitur. Quæ definitio etſi per ſe plana ſit, erit tamen multò planior, ſi teneamus tempus & motum cœleſtem eſſe ἀντίστροφα, & proinde alterum eſſe menſuram alterius. Nam ut tempus eſt menſura motus cœleſtis, ita motus cœleſtis eſt menſura temporis. Ratio eſt quod tempus & motus cœleſtis natura ſint ſimul. Nam cum materia cœleſtis adhuc rudis & informis, primo die mundi inciperet ſe

Gen. 1. 5.

move-

movere,& motum ſuum proderet in tenebrarum & lucis viciſsitudine, cepit etiam ſe eodem die manifeſtare tempus, motumque tenebrarum & lucis commenſuravit vnius diei ſpacio. Ab eo vero tempore, cœli motus & tempus pari paſſu ſunt progreſsi, progredienturque ita deinceps ad mundi uſque finem. At ubi mundi finis advenerit, cœli flagrantes ſolventur, & elementa æſtuantia liqueſcent. Ceſſabit itaque tunc cœli motus, & tempus etiam non amplius erit. Eſt itaque tempus revera menſura motus cœleſtis, quemadmodum cœleſtis motus eſt menſura temporis. 2Pet.3.12 Ap. 10.5

Hæc vera eſt temporis definitio, quæ uſum valde eximium habet in Chronologia ſacra. Nam cum tempus & cœleſtis motus ſe mutuo menſurent, licet non modo ex tempore colligere cœleſtem motum, ſed ex cœleſti motu tempus. Itaq; ſi Canones motuum Solis & Lunæ ad manum ſint qui cum cœlo exactè conſentiunt, promptum nobis erit ex illis tum Solis & Lunæ motus definire ad tempus quodcunque datum, tum etiam tempus non datum eruere ex datis Solis & Lunæ motibus. Quæ res certè præclara eſt & magni momenti. Extant enim in Hiſtoria ſacra non pauci anni qui characterem habent a Solis & Lunæ motibus: quos facilè eſt definire, ſi ad Solis & Lunæ motus exigantur. Nam ſi revocati ad calculi examen eoſdem characteres præbeant qui notantur in ſacris literis, dubium non eſt quin ipſiſsimi ſint anni qui in ſacris literis recenſentur: diverſi verò ſi diverſos characteres præbeant. Itaque ex ſingulorum characteribus, de ſingulis eſt judicandum. Exempla vero huius δοκιμασίας illuſtria, eaque non pauca dabimus, adjuvante Deo, cum venerimus ad computum annorum mundi.

Quæ ſint primariæ temporis partes. *Caput II.*

EXPLICAVI, Dei beneficio, rationem temporis, jam tranſeo ad partes temporis primarias quæ quinque notantur in ſacris literis, hora ſcz dies, hebdomas, menſis & annus. Hora autem eſt minima pars temporis, quæ menſurat Æquinoctialis circuli tempora quindecim. Dum enim tempora Æquinoctialis quindecim Meridianum

dianum prætereunt, tranſit etiam interea una hora æqualis. Viginti quatuor verò horæ æquales conſtituunt unum diem naturalem, quem Græci νυχθημέρινον appellant, eò quod ex nocte & die conſtet, vel ut Moſes ſcribit ex veſpera & mane. Itaque dies eſt σύστημα ex horis vigintiquatuor, quod una Æquinoctialis converſione abſolvitur. Nam unius horæ ſpacio tranſeunt Æquinoctialis tempora quindecim. Itaque vigintiquatuor horarum ſpacio tranſeunt tempora Æquinoctialis 360, quæ unum orbem conficiunt. Septem autem dies conſtituunt hebdomada, hoc eſt ſeptimanam unam. Itaque una ſeptimana eſt σύστημα ex diebus ſeptem, ducens originem ab ἑπταμέρῳ πρώτῳ. Menſis itidem ex diebus componitur, ſed non paucioribus quàm 28, non pluribus quàm 31. Itaque menſis eſt σύστημα ex diebus 28, vel 29, vel 30, vel 31, qui metiuntur quàm proximè unam revolutionem Lunarem.

Ex menſibus poſtremò componitur annus, at non paucioribus quàm duodecim, non pluribus quàm tredecim. Itaque annus eſt σύστημα ex menſibus duodecim, vel tredecim, accomodatum ad unicam Solis revolutionem.

Atque hæ quidem ſunt partes temporis primariæ, quæ uſum habent omnes in Chronologia Sacra, ſed inprimis annus & menſis, eò quod hi maximè in temporum deſcriptionibus notantur. Quamobrem jam plenius de hiſce eſt agendum.

De anno Iuliano & menſibus, eiuſque duplici Calendario. Cap. III.

NVLLA gens eſt, nulluſque populus, qui non vel ob cauſam æmulationum, vel præcipuè ob religionis & ſacrorum diſsimilitudinem, aliud anni initium, aliamque anni rationem inſtituit quàm alia gens. Nam & Ægyptii, & Babylonii, & Perſæ, & Græci, & alii populi, diverſis olim annis ſunt uſi, atque etiam hodiè utuntur, quemadmodum Doctiſsimus vir Ioſephus Scaliger docet in ſuo opere de Emendatione temporum. At inter omnes annos Gentium, nullus eſt præſtantior Iuliano, quem olim non ſine gravi conſilio inſtituit C. Iulius Cæſar Romanorum Imperator primus. Is enim uſus opera & Conſilio

filio Soſigenis, Artificis ea tempeſtate inſignis, & æquabilem fecit annum ſuum & Solarem; eaque ratione Ægyptio anno, qui tunc erat omnium annorum laudatiſsimus, palmam eripuit. Nam etſi Ægyptius annus æquabilis eſſet, non erat tamen Solaris. Vnde etiam Æquinoctia & Solſtitia quæ diebus anni Ægyptii affigebantur, non adhærebant illis, ſed progrediebantur ſemper in conſequentia. At Iulianus annus quia & æquabilis eſt & Solaris, non patitur Æquinoctia & Solſtitia recedere à diebus anni quibus ſemel adhæſerunt, niſi longo tractu temporis. Quo nomine & Ægyptio præſtat, & cæteris omnibus. Habet etiam hanc commoditatem annus Iulianus, quod omnium annorum ſit aptiſsimus ad durationem mundi numerandum. Eſt enim tanquam menſura quædam aliorum annorum, adeò ut per illum cujuscunque generis anni commodè menſurentur, & ad anni Iuliani formam reducantur.

Conſtat verò annus Iulianus ex diebus 365 cum unius diei quadrante, qui diſtributi ſunt in duodecim menſes hoc ordine. Ianuarius habet dies 31, Februarius 28, Martius 31, Aprilis 30, Maius 31, Iunius 30, Iulius 31, Auguſtus 31, September 30, October 31, November 30, December 31. Quorum omnium ſumma eſt 365.

At quoniam exceſſus unius diei quadrantis ſuper dies 365, quarto anno excreſcit in unum diem, ideo quovis quarto anno intercalatur unus dies, atque is tribuitur Februario, qui tunc habet dies 29.

Tres tandem primi anni in quibus nulla fit intercalatio, vocantur anni Communes, & quartus in quo unus dies intercalatur, intercalaris dicitur vel Biſextilis.

Hoc modo ſe habet annus Iulianus, cuius rationem perſpicuè expreſsimus in duobus Calendariis, quorum unum conſtructum eſt ad Communis anni formam, alterum ad formam Biſextilis, poſſuntque accommodari omnibus annis Iulianis à principio mundi ad finem.

Digitized by Google

Calendarium Julianum anni communis, cum diebus men-

Dies	Ianuarius	Februarius	Martius	Aprilis	Maius	Iunius
1	1 a	32 d	60 d	91 g	121 b	152 e
2	2 b	33 e	61 e	92 a	122 c	153 f
3	3 c	34 f	62 f	93 b	123 d	154 g
4	4 d	35 g	63 g	94 c	124 e	155 a
5	5 e	36 a	64 a	95 d	125 f	156 b
6	6 f	37 b	65 b	96 e	126 g	157 c
7	7 g	38 c	66 c	97 f	127 a	158 d
8	8 a	39 d	67 d	98 g	128 b	159 e
9	9 b	40 e	68 e	99 a	129 c	160 f
10	10 c	41 f	69 f	100 b	130 d	161 g
11	11 d	42 g	70 g	101 c	131 e	162 a
12	12 e	43 a	71 a	102 d	132 f	163 b
13	13 f	44 b	72 b	103 e	133 g	164 c
14	14 g	45 c	73 c	104 f	134 a	165 d
15	15 a	46 d	74 d	105 g	135 b	166 e
16	16 b	47 e	75 e	106 a	136 c	167 f
17	17 c	48 f	76 f	107 b	137 d	168 g
18	18 d	49 g	77 g	108 c	138 e	169 a
19	19 e	50 a	78 a	109 d	139 f	170 b
20	20 f	51 b	79 b	110 e	140 g	171 c
21	21 g	52 c	80 c	111 f	141 a	172 d
22	22 a	53 d	81 d	112 g	142 b	173 e
23	23 b	54 e	82 e	113 a	143 c	174 f
24	24 c	55 f	83 f	114 b	144 d	175 g
25	25 d	56 g	84 g	115 c	145 e	176 a
26	26 e	57 a	85 a	116 d	146 f	177 b
27	27 f	58 b	86 b	117 e	147 g	178 c
28	28 g	59 c	87 c	118 f	148 a	179 d
29	29 a		88 d	119 g	149 b	180 e
30	30 b		89 e	120 a	150 c	181 f
31	31 c		90 f		151 d	

Iulius		Auguſtus		September		October		November		December	
182	g	213	c	244	f	274	a	305	d	335	f
183	a	214	d	245	g	275	b	306	e	336	g
184	b	215	e	246	a	276	c	307	f	337	a
185	c	216	f	247	b	277	d	308	g	338	b
186	d	217	g	248	c	278	e	309	a	339	c
187	e	218	a	249	d	279	f	310	b	340	d
188	f	219	b	250	e	280	g	311	c	341	e
189	g	220	c	251	f	281	a	312	d	342	f
190	a	221	d	252	g	282	b	313	e	343	g
191	b	222	e	253	a	283	c	314	f	344	a
192	c	223	f	254	b	284	d	315	g	345	b
193	d	224	g	255	c	285	e	316	a	346	c
194	e	225	a	256	d	286	f	317	b	347	d
195	f	226	b	257	e	287	g	318	c	348	e
196	g	227	c	258	f	288	a	319	d	349	f
197	a	228	d	259	g	289	b	320	e	350	g
198	b	229	e	260	a	290	c	321	f	351	a
199	c	230	f	261	b	291	d	322	g	352	b
200	d	231	g	262	c	292	e	323	a	353	c
201	e	232	a	263	d	293	f	324	b	354	d
202	f	233	b	264	e	294	g	325	c	355	e
203	g	234	c	265	f	295	a	326	d	356	f
204	a	235	d	266	g	296	b	327	e	357	g
205	b	236	e	267	a	297	c	328	f	358	a
206	c	237	f	268	b	298	d	329	g	359	b
207	d	238	g	269	c	299	e	330	a	360	c
208	e	239	a	270	d	300	f	331	b	361	d
209	f	240	b	271	e	301	g	332	c	362	e
210	g	241	c	272	f	302	a	333	d	363	f
211	a	242	d	273	g	303	b	324	e	364	g
212	b	243	e			304	c			365	a

Calendarium Julianum anni Biſextilis, cum diebus men-

Dies	*Ianuarius*		*Februarius*		*Martius*		*Aprilis*		*Maius*		*Junius*	
1	1	*a*	32	*d*	61	*d*	92	*g*	122	*b*	153	*e*
2	2	*b*	33	*e*	62	*e*	93	*a*	123	*c*	154	*f*
3	3	*c*	34	*f*	63	*f*	94	*b*	124	*d*	155	*g*
4	4	*d*	35	*g*	64	*g*	95	*c*	125	*e*	156	*a*
5	5	*e*	36	*a*	65	*a*	96	*d*	126	*f*	157	*b*
6	6	*f*	37	*b*	66	*b*	97	*e*	127	*g*	158	*c*
7	7	*g*	38	*c*	67	*c*	98	*f*	128	*a*	159	*d*
8	8	*a*	39	*d*	68	*d*	99	*g*	129	*b*	160	*e*
9	9	*b*	40	*e*	69	*e*	100	*a*	130	*c*	161	*f*
10	10	*c*	41	*f*	70	*f*	101	*b*	131	*d*	162	*g*
11	11	*d*	42	*g*	71	*g*	102	*c*	132	*e*	163	*a*
12	12	*e*	43	*a*	72	*a*	103	*d*	133	*f*	164	*b*
13	13	*f*	44	*b*	73	*b*	104	*e*	134	*g*	165	*c*
14	14	*g*	45	*c*	74	*c*	105	*f*	135	*a*	166	*d*
15	15	*a*	46	*d*	75	*d*	106	*g*	136	*b*	167	*e*
16	16	*b*	47	*e*	76	*e*	107	*a*	137	*c*	168	*f*
17	17	*c*	48	*f*	77	*f*	108	*b*	138	*d*	169	*g*
18	18	*d*	49	*g*	78	*g*	109	*c*	139	*e*	170	*a*
19	19	*e*	50	*a*	79	*a*	110	*d*	140	*f*	171	*b*
20	20	*f*	51	*b*	80	*b*	111	*e*	141	*g*	172	*c*
21	21	*g*	52	*c*	81	*c*	112	*f*	142	*a*	173	*d*
22	22	*a*	53	*d*	82	*d*	113	*g*	143	*b*	174	*e*
23	23	*b*	54	*e*	83	*e*	114	*a*	144	*c*	175	*f*
24	24	*c*	55	*f*	84	*f*	115	*b*	145	*d*	176	*g*
25	25	*d*	56	*g*	85	*g*	116	*c*	146	*e*	177	*a*
26	26	*e*	57	*g*	86	*a*	117	*d*	147	*f*	178	*b*
27	27	*f*	58	*a*	87	*b*	118	*e*	148	*g*	179	*c*
28	28	*g*	59	*b*	88	*c*	119	*f*	149	*a*	180	*d*
29	29	*a*	60	*c*	89	*d*	120	*g*	150	*b*	181	*e*
30	30	*b*			90	*e*	121	*a*	151	*c*	182	
31	31	*c*			91	*f*			152	*d*		*f*

Iulius.		Auguſtus.		September.		October.		November.		December.	
183	g	214	c	245	f	275	a	306	d	336	f
184	a	215	d	246	g	276	b	307	e	337	g
185	b	216	e	247	a	277	c	308	f	338	a
186	c	217	f	248	b	278	d	309	g	339	b
187	d	218	g	249	c	279	e	310	a	340	c
188	e	219	a	250	d	280	f	311	b	341	d
189	f	220	b	251	e	281	g	312	c	342	e
190	g	221	c	252	f	282	a	313	d	343	f
191	a	222	d	253	g	283	b	314	e	344	g
192	b	223	e	254	a	284	c	315	f	345	a
193	c	224	f	255	b	285	d	316	g	346	b
194	d	225	g	256	c	286	e	317	a	347	c
195	e	226	a	257	d	287	f	318	b	348	d
196	f	227	b	258	e	288	g	319	c	349	e
197	g	228	c	259	f	289	a	320	d	350	f
198	a	229	d	260	g	290	b	321	e	351	g
199	b	230	e	261	a	291	c	322	f	352	a
200	c	231	f	262	b	292	d	323	g	353	b
201	d	232	g	263	c	293	e	324	a	354	c
202	e	233	a	264	d	294	f	325	b	355	d
203	f	234	b	265	e	295	g	326	c	356	e
204	g	235	c	266	f	296	a	327	d	357	f
205	a	236	d	267	g	297	b	328	e	358	g
206	b	237	e	268	a	298	c	329	f	359	a
207	c	238	f	269	b	299	d	330	g	360	b
208	d	239	g	270	c	300	e	331	a	361	c
209	e	240	a	271	d	301	f	332	b	362	d
210	f	241	b	272	e	302	g	333	c	363	e
211	g	242	c	273	f	303	a	334	d	364	f
212	a	243	d	274	g	304	b	335	e	365	g
213	b	244	e			305	c			366	a

De Cyclo Solari atque eius uſu.

Caput IV.

Tabella Cycli Solis.

1	*GF*
2	*E*
3	*D*
4	*C*
5	*BA*
6	*G*
7	*F*
8	*E*
9	*DC*
10	*B*
11	*A*
12	*G*
13	*FE*
14	*D*
15	*C*
16	*B*
17	*AG*
18	*F*
19	*E*
20	*D*
21	*CB*
22	*A*
23	*G*
24	*F*
25	*ED*
26	*C*
27	*B*
28	*A*

ANNUS Iulianus communis complectitur ſeptimanas 52 & unum diem, Biſextilis verò ſeptimanas totidem & dies duos. Septimanarum igitur & anni Iuliani revolutiones uno die inter ſe differunt quando annus eſt communis, & duobus diebus cum annus eſt Biſextilis. Hæc cauſa eſt quod Dominicalis litera, & literæ feriarum Hebdomadis quotannis in Iuliano anno varientur. Quamobrem ut certa nobis conſtet ratio anni Iuliani, oportet nobis ſemper duo eſſe cognita, primùm utrum annus datus ſit communis, vel Biſextilis; deinde quam literam habeat Dominicalem. Vtrumque diſcere licet ex tabula Cycli Solaris quam ad marginem appoſui, quæ duo illa exhibet in annis Iulianis 28. Nam ſub 28 annorum curriculo tranſit omnis anni Iuliani varietas, reditque deinceps in orbem ut ante. Itaque ſi compertum ſit quotus annus Cycli ſit qui nobis proponitur, ſcietur etiam ex tabella Cycli ipſius litera Dominicalis; nnica quidem ſi annus fuerit communis, duplex verò, ſi Biſextilis.

Annus autem Cycli hoc modo addiſcitur. Si datus ſit annus poſt vulgarem Chriſti Epochen, oportet annis a Chriſto completis addere 10, ſummamque annorum partiri per 28. Tunc enim numerus à partitione reſiduus indicat annum Cycli; iſque in Canone Cycli oſtendit utrùm annus datus communis ſit, an Biſextilis, & quam habeat literam Dominicalem.

Sin annus ſit datus ante vulgarem Chriſti Epocham, oportet ex annis completis demere 10, & ſummam reſiduam dividere per 28. Quo facto, ſi numerus à diviſione reſiduus ſubducatur ex 28, qui tunc remanet mumerus, indicabit ut ſupra utrum annus Communis ſit an Biſextilis, quamque literam Dominicalem habeat. Exem-

Digitized by Google

Exemplum prioris. Sit definiendus Cyclus Solis anno Chriſti vulgari currente 1622. Ablata unitate remanent anni pleni 1621. Qui aucti numero denario, exhibent annos 1631. His diviſis per 28, reſidui ſunt 7, pro Cyclo Solis anno Chriſti 1622, qui monſtrat in tabella Cycli Solaris literam Dominicalem F, & ſecundum annum ab intercalari.

Aliud exemplum. Quæritur Cyclus Solis anno Chriſti vulgari 1620. Annis plenis 1619 adde 10, fient 1629. Qui diviſi per 28 relinquunt annum Cycli 5, qui indicat in tabella Cycli Solaris annum Biſextilem, & dominicales literas B & A. Quarum prior uſum habet ab anni principio uſque ad 25 diem Februarii, poſterior inde ad anni uſque finem.

Exemplum poſterioris. Sit definiendus Cyclus Solis anni 3964 ante vnlgarem Chriſti Epochen. Ablata unitate dantur anni completi 3963, qui minuti annis 10, relinquunt annos plenos 3953. Hos divide per 28, & remanent 5. Aufer deinde 5 ex 28, reliqui ſunt 23 pro Cyclo Solis anno 3964 ante vulgarem Chriſti Epochen; qui monſtrat in tabella Cycli Solis literam Dominicalem G, annumque ab intercalari ſecundum.

Eodem modò inveſtigatur Cyclus Solis in datis quibus vis annis aliis, ſive Epochen Chriſti vulgarem præcedant, aut ſequantur. Quod multis, volente Deo, exemplis demonſtrabimus in poſtremâ huius operis parte.

De Hebdomade, eiusque feriis.

Caput V.

ECCLESIA Dei jam inde à mundi primordio in hunc uſque diem, religioſè ſervat dierum Hebdomades, & in iis Sabbati & ſex dierum diſcrimina. Idque tum Dei Opr. Max. exemplo, qui cælum & terram, & quæcunque in illis ſunt, ſex primis mundi diebus creavit, & ſeptimo die ab opere creationis quievit; tum etiam ipſius divino inſtitnto & expreſſo mandato. Deſtinavit enim Deus ſex dies operibus faciendis quæ neceſſaria ſunt ad hanc vitam, & hominum inter ſe ſocietatem tuendam. Septimum verò diem conſecravit divino cultui & qnieti. Eſt igitur dies ſeptimus tanquam princeps aliorum dierum. Vnde etiam reliqui dies ad ipſum tanquam ad caput ſuum referuntnr. Vocantur enim in ſacris literis, prima ſabbati, ſecunda,

Digitized by Google

tertia, quarta, quinta, ſexta, quam ſequitur Sabbatum ipſum. In Eccleſia autem appellantur hodiè feria prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima; vel à nominibus Planetarum, dies Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, & Saturni, qui eſt dies ſeptimus, vel Sabbatum Iudæorum.

Quoniam verò ſeptimanæ dies non rarò annotatur in ſacra Hiſtoria, utile eſt ſcire quota ſit feria Hebdomadis dies aliquis in anno mundi dato. Nam id magnum uſum habet in Chronologia ſacra. Simpliciſsimus autem & certiſsimus modus inveſtigandi ſeptimanæ diem eſt hic. Indagetur primum per doctrinam capitis præcedentis utrum annus datus ſit Communis an Biſextilis, & quam literam Dominicalem habeat. Quibus inventis, quæratur dies menſis datus in Calendario anni Communis, ſi annus ſit Communis, vel anni Biſextilis, ſi fuerit Biſextilis, & notetur litera quæ diei menſis adhæret. Hæc indicabit feriam Hebdomadis, ſi comparetur ad literam Dominicalem proximè antecedentem vel ſequentem.

Exempli gratia. Volo ſcire dies 21 Octobris anni 3964 ante vulgarem Chriſti Epochen, quota fuerit Hebdomadis feria. Ex doctrina Capitis præcedentis, annus 3964 ante Chriſtum fuit Communis, & habuit literam Dominicalem G. Adſcribitur autem 21 diei Octobris in Calendario anni Communis litera G. Dico igitur 21 diem Octobris anno 3964 ante Chriſtum fuiſſe feriam primam. Quod certè cum ſacris literis egregiè convenit, quæ docent lucem eo die à Deo fuiſſe creatam.

Aliud exemplum. Libet ſcire primus dies Auguſti anni 1620 à Chriſto, quota fuerit Hebdomadis feria. Annus 1620 ex antecedentis capitis doctrina fuit Biſextilis, habuitque literas Dominicales B & A: quarum poſterior uſurpatur à 25 Februarii in anni finem. Cùm igitur primus dies Auguſti, adſcriptam habeat in Calendario anni Biſextilis literam C, quæ tertia eſt à Dominicali litera A, dico primum diem Auguſti anno Chriſti 1620 fuiſſe feriam teriam, vel diem Martis, ut & Ephemeris illius anni habet, & res ipſa probavit.

Hactenus explicavi rationem anni Iuliani, quantum inſtituto meo ſufficit. Iam tranſeo ad annum Hebræum.

De anno Hebræo, & menſibus; eiuſque duplici Calendario. Cap. VI.

ANNUS

ANNUS Hebræus non eſt æquabilis ut annus Ægyptius, neque civilis Solaris ut annus Iulianus, ſed Lunaris accommodatus ad Solarem. Conſtat enim ex diebus 354, qui diſtributi ſunt in duodecim Lunationes, ſive menſes Lunares. Quorum primus, tertius, quiutus, ſeptimus, nonus, & undecimus habent dies 30, reliqui 29. Vnde hi cavi, illi pleni appellantur.

Initium verò anni Hebræi eſt à menſe Thiſri, ſed menſium initium eſt *Ex. 23. 16*
à menſe Abib vel Niſan. Moſes ſiquidem ubique exitum anni Veteris, *& 34. 22.*
& principium novi confert in menſem ſeptimum, qui Thiſri dicitur. Sed *Lev. 25. 9*
menſium initium adſcribit menſi Abib vel Niſan. Eſt igitur menſis *Exo. 12. 2.*
Thiſri, primus menſis anni Hebræi, & ſeptimus menſium; & menſis Niſan eſt primus menſium, & ſeptimus menſis anni Hebræi: non aliter quàm menſis Ianuarius eſt primus menſis anni Iuliani, & undecimus menſium, & menſis Martius eſt primus menſium, & anni Iuliani menſis tertius.

Hoc anni Hebræi & menſium diſcrimen apprimè notandum eſt, ne ipſius anni principium confundatur cum principio menſium. Annus enim Hebræus unum tantum habet initium, quod pendet à menſe Thiſri, ſed menſium initium duplex eſt, unum à Thiſri, alterum à Niſan. Nam ante Moſis tempora menſis Thiſri erat & anni Hebræi & menſium initium, eo quod mundus eo menſe eſt conditus. Sed tempore Ex- *Exo. 12. 2*
odi menſis Niſan conſtitutus eſt princeps menſium, & primus inter *& 34. 18.*
menſes cuiusque anni, eo quod Iſraelitæ eo menſe educti & liberati ſunt *Deut. 16. 1*
ex Ægyptiaca ſervitute.

Ordo itaque menſium ex poſtrema Dei ordinatione eſt hic. Abib vel Niſan habet dies 30, Iiar vel Ziu 29, Sivan 30, Thamus 29, Ab 30, Elul 29, Thiſri 30, Marheſuan 29, Kiſleu 30, Tebeth 29, Schebath 30, Adar 29. Quorum omnium ſumma eſt 354 dierum.

Deficiunt igitur quotannis ad complementum anni Solaris dies 11, qui vocantur Epactæ, ex quibus tertio, nonnunquam ſecundo anno colligitur menſis decimustertius ἐμβόλιμος Veadar, id eſt alter Adar, qui in fine anni Embolimæi inſeritur. Habet is ſemper dies 30. Sed prior Adar aliquando habet dies 29, nonnunquam dies 30, prout eius Lunatio vel dierum eſt 29 vel 30.

Hæc vera eſt anni Hebræi ratio, quam perſpicuè expreſsimus in duobus Calendariis, quorum unum eſt anni communis, alterum Embolimæi, & magnum habent uſum in Chronologia ſacra, quemadmodum, volente Deo, in ſequentibus videbimus.

Calendarium Hebræum anni communis, cum

Dies.	*Abib. vel Niſan.*	*Ziu. vel Ijar.*	*Sivan.*	*Thamus.*	*Ab.*	*Elul.*
1	1	31	60	90	119	149
2	2	32	61	91	120	150
3	3	33	62	92	121	151
4	4	34	63	93	122	152
5	5	35	*Pentecoſte.*	94	123	153
6	6	36	65	95	124	154
7	7	37	66	96	125	155
8	8	38	67	97	126	156
9	9	39	68	98	127	157
10	10	40	69	99	128	158
11	11	41	70	100	129	159
12	12	42	71	101	130	160
13	13	43	72	102	131	161
14	*Paſcha*	44	73	103	132	162
15	15	45	74	104	133	163
16	16	46	75	105	134	164
17	17	47	76	106	135	165
18	18	48	77	107	136	166
19	19	49	78	108	137	167
20	20	50	79	109	138	168
21	21	51	80	110	139	169
22	22	52	81	111	140	170
23	23	53	82	112	141	171
24	24	54	83	113	142	172
25	25	55	84	114	143	173
26	26	56	85	115	144	174
27	27	57	86	116	145	175
28	28	58	87	117	146	176
29	29	59	88	118	147	177
30	30		89		148	

Digitized by Google

diebus menſium diviſis & collectis.

Thiſri.	Bul. vel Marhes.	Kiſleu.	Thebet.	Sebath.	Adar.
Clan.tub	208	237	267	296	326
179	209	238	268	297	327
180	210	239	269	298	328
181	211	240	270	299	329
182	212	241	271	300	330
183	213	242	272	301	331
184	214	243	273	302	332
185	215	244	274	303	333
186	216	245	275	304	334
Expiat.	217	246	276	305	335
188	218	247	277	306	336
189	219	248	278	307	337
190	220	249	279	308	338
191	221	250	280	309	339
Scenopeg	222	251	281	310	340
193	223	252	282	311	341
194	224	253	283	312	342
195	225	254	284	313	343
196	226	255	285	314	344
197	227	256	286	315	345
198	228	257	287	316	346
199	229	258	288	317	347
200	230	259	289	318	348
201	231	260	290	319	349
202	232	261	291	320	350
203	233	262	292	321	351
204	234	263	293	322	352
205	235	264	294	323	353
206	236	265	295	324	354
207		266		325	

Digitized by Google

Calendarium Hebræum Embolimæi anni cum diebus men-

Dies	*Abib. vel Niſan*	*Ziu. vel Ijar.*	*Sivan.*	*Thamus.*	*Ab.*	*Elul.*
1	1	31	60	90	119	149
2	2	32	61	91	120	150
3	3	33	62	92	121	151
4	4	34	63	93	122	152
5	5	35	Pentecoſte.	94	123	153
6	6	36	65	95	124	154
7	7	37	66	96	125	155
8	8	38	67	97	126	156
9	9	39	68	98	127	157
10	10	40	69	99	128	158
11	11	41	70	100	129	159
12	12	42	71	101	130	160
13	13	43	72	102	131	161
14	*Paſcha*	44	73	103	132	162
15	15	45	74	104	133	163
16	16	46	75	105	134	164
17	17	47	76	106	135	165
18	18	48	77	107	136	166
19	19	49	78	108	137	167
20	20	50	79	109	138	168
21	21	51	80	110	139	169
22	22	52	81	111	140	170
23	23	53	82	112	141	171
24	24	54	83	113	142	172
25	25	55	84	114	143	173
26	26	56	85	115	144	174
27	27	57	86	116	145	175
28	28	58	87	117	146	176
29	29	59	88	118	147	177
30	30		89		148	

Digitized by Google

Thiſri	*Bul. vel Marhes.*	*Kiſleu.*	*Thebet.*	*Sebath.*	*Adar.*	*Ve Adar.*
Clan.tub	208	237	267	296	326	355
179	209	238	268	297	327	356
180	210	239	269	298	328	357
181	211	240	270	299	329	358
182	212	241	271	300	330	359
183	213	242	272	301	331	360
184	214	243	273	302	332	351
185	215	244	274	303	333	362
186	216	245	275	304	334	363
Expiat.	217	246	276	305	335	364
188	218	247	277	306	336	365
189	219	248	278	307	337	366
190	220	249	279	308	338	367
191	221	250	280	309	339	368
Scenopeg	222	251	281	310	340	369
193	223	252	282	311	341	370
194	224	253	283	312	342	371
195	225	254	284	313	343	372
196	226	255	285	314	344	373
197	227	256	286	315	345	374
198	228	257	287	316	346	375
199	229	258	288	317	347	376
200	230	259	289	318	348	377
201	231	260	290	319	349	378
202	232	261	291	320	350	379
203	233	262	292	321	351	380
204	234	263	293	322	352	381
205	235	264	294	323	353	382
206	236	265	295	324	354	383
207		266		325		384

Quomodo Calendarium Hebræum accommodetur ad quemcunque annum Iulianum datum. *Cap. VII.*

PERFACILIS eſt connexio Calendarii Hebræi cum Calendario Iuliano, ſi cognitus ſit dies anni Iuliani, qui cum primo die anni Hebræi convenit. Affixo enim hoc die ad primum diem Calendarii Hebræi, reſpondent porrò dies Calendarii Hebræi diebus Calendarii Iuliani ab initio ad finem uſque. Obtinetur autem hic dies ex Novilunio quod Æquinoctium vernale vel antecedit, vel ſequitur proximè. Ioſephus enim libro Antiquitatum Iudaicarum III cap. 10, ſcribit Hebræos perpetuò exordiri annum ſuum à Novilunio, cuius Luna decimaquarta opponitur Soli in Ariete, hoc eſt, ab eo Novilunio quod Æquinoctio vernali eſt proximum. Itaque ad definiendum primum diem anni Hebræi in anno mundi dato, oportet primùm ſcire in quem diem anni Iuliani Æquinoctium Vernale incidat, deinde quo die contingat Novilunium quod Æquinoctio Vernali eſt proximum. Quibus habitis, ſi dies proximus ab hoc Novilunio connectatur cum primo die Calendarii Hebræi, erit tunc accommodatum Calendarium Hebræum ad annum Iulianum datum, omnibus modis ut poſtulatur.

Vnicum exemplum ſufficiet huic doctrinæ illuſtrandæ. Sit datus annus à vulgari Chriſti Epoche 70us, in quo, teſte Ioſepho, obſeſſa & everſa fuerunt à Romanis Hieroſolyma. Sitque Calendarium Hebræum ad eum annum accommodandum. Ex doctrina capitis quarti, annus à Chriſto 70us eſt communis, habetque Cyclum Solis 23, & literam Dominicalem G. Æquinoctium autem Vernale medium fiebat tunc 24 die Martii, & Novilunium medium Æquinoctio Vernali proximum, Martii die 30. Itaque 31 dies Martii erat primus dies Niſan. Connectatur jam hic dies cum primo die Calendarii Hebræi, & ſequentes dies anni Iuliani cùm ſequentibus diebus Calendarii Hebræi, eritque paratum Calendarium Hebræum, cuius ope licebit quemcunque diem anni Iuliani convertere in diem anni Hebræi; & contra. Sit enim

enim 14us dies Niſan eiuſdem anni convertendus in diem anni Iuliani, ut ſciamus quo die anni Iuliani Iudæi comederint Paſcha. Quoniam 14us dies Niſan diſtat à primo die Niſan ſolidis diebus 13, addo ad diem 31um Martii dies ſolidos 13, cadetque 14us dies Niſan in 13um diem Aprilis. Dico igitur 13um Aprilis fuiſſe diem Paſchalis agni manducationi deſtinatum, ex lege Dei Exod. 12.6.&c.

Atqui Ioſephus ſcribit libro de bello Iudaico VI Capite 1 v, Paſcha illius anni incidiſſe in 14 diem menſis Xantici, quem alibi pariat cum Romanorum menſe Aprili. An igitur 14 dies Niſan incurrebat eo anno in 14 diem Aprilis? Minimè gentium. Decimuſquartus enim dies Xantici hoc loco non eſt Ioſepho, 14 dies Aprilis, ſed 14 dies Niſan. Ita enim Ioſephus ſe ipſe interpretatur, cum per exegeſin addit, Iudæos opinari ſe hoc primum tempore, puta 14 die Niſan, ab Ægyptiis eſſe liberatos. Quinimo & dies omnes Macedonicorum menſium quos Ioſephus eo anno notat, non reſpondent diebus menſium Romanorum, ſed Hebræorum, uti à nobis, volente Deo, ſuo loco demonſtrabitur.

Quamobrem ut verum eſt quod Ioſephus ſcribit, Paſcha illius anni incidiſſe in 14 diem Xantici, hoc eſt in 14 diem Niſan, ita etiam certiſsimum eſt quod nos ſupra demonſtravimus, 14 diem Niſan eo anno quadraſſe ad 13 diem Aprilis. Poteſt itaque ſagax lector, ex hoc uno exemplo diſcere, qua ratione Calendarium Hebræum accommodare debeat, ad quemcunque annum Iulianum, & quomodo etiam dies anni Hebræi convertere habeat in dies anni Iuliani. Cætera enim exempla omnia eodem modo tractantur.

Vnum tantum eſt quod in hac πραγματεία probè diſtinguendum eſt, nimirum an annus datus Communis ſit, vel Embolimæus. Nam ſi hoc ignoretur, alienum ſæpe Calendarium Hebræum adaptabitur anno Iuliano, pro vero. Id autem facilè colligitur ex primo die Niſan in anno Iuliano proxime ſequente. Nam ſi inter primum diem Niſan anni dati, & primum diem Niſan anni proximè ſequentis ſint tantum Lunationes duodecim, tunc annus datus eſt communis, ſin tredecim, Embolimæus. Exempli gratia, primus dies Niſan anni a Chriſto LXX cadit in 31um diem Martii, & primus dies Niſan anni à Chriſto LXXI in diem 21um Martii. Sunt autem inter 31um diem Martii anni LXX, & 21um diem Martii anni LXXI dies 355, qui continent lunationes duodecim. Quare annus datus eſt Communis, convenitque ei Calen-

darium Hebræum anni communis. Connectatur igitur primus dies Niſan cum 31mo die Martii anni LXX, & 30us dies Adar cum 21° die Martii anni LXXI, eritque conſtructum Calendarium Hebræum, quod anno Chriſti dato ſerviet à principio ad finem.

Atque hæc quidem certiſsima eſt & breviſsima via adaptandi Calendarium Hebræum ad quemcunque annum Iulianum datum, quam unico hîc declaraſſe exemplo contenti ſumus, eo quod in ſequentibus, volente Deo, plura afferentur exempla, quæ ſuperiorem doctrinam ſatis ſuperque illuſtrabunt.

Qua ratione calculi exploretur dies Æquinoctii medii, dieſque novilunii eidem Æquinoctio proximi, in quocunque anno Juliano dato. Cap. VIII.

EX iis quæ ſuperiore capite demonſtrata ſunt perſpicuè apparet, annum Hebræum ſic eſſe alligatum ad Solis & Lunæ curſus, ut ſine eorum cognitione ſupputari non poſsit. Quamobrem ut computus eius rectè inſtituatur, ſubiicio Canones mediorum motuum Solis & Lunæ, ex omnium temporum obſervationibus immenſo à nobis labore conſtructos; vt ex iis Æquinoctiorum & Noviluniorum dies in quibuſcunque annis Iulianis datis, promptè colligantur. Vſus autem Canonum eſt hic.

Si definiendus ſit dies alteruterius Æquinoctii medii in quocunque anno Iuliano dato, ingredere Canonem medii motus Solis cum annis datis vel ante vel poſt Chriſtum, & excerpe uno, vel pluribus ingreſsibus, motum Solis medium qui dato tempori convenit, eumque in unam ſummam collectum aufer à Chriſti Epoche, ſi anni dati fuerint ante Chriſtum, aut ad Epochen Chriſti adde, ſi poſt Chriſtum fuerint; ita enim obtinebis Solis motum medium ad initium anni dati. Memineris autem annis ante Chriſtum perpetuò unum diem addere, quoniam primus annus ante Chriſtum fuit Biſextilis. Habito jam Solis motu medio, vide quot gradibus Sol diſtet ab alterutro Æquinoctio & in quot

in quot diebus eos gradus percurrat, additoque hos dies ad initium anni Iuliani dati, & ſic conſequeris diem alterutrius Æquinoctii medii quæſitum.

Exempli cauſa, libet inquirere in quem diem anni Iuliani Æquinoctium Vernale medium inciderit anno poſt Chriſtum ſeptuageſimo. Ab initio annorum Chriſti ad initium anni ſeptuageſimi ſunt anni ſolidi 69. Quibus debetur motus Solis medius Sex. 0. gr. 0. 16 32. Nam annis 60, competit motus Solis medius Sex. 0. gr. 0. 27 14, & annis 9. Sex. 5. gr. 59. 49. 18, quorum aggregatum eſt Sexag. 0. gr. 0. 16 32, pro motu Solis medio in annis 69. Adde hunc ad Chriſti Epochen Sexag. 4. gr. 38 27 57, prodibitque motus Solis medius initio anni Septuageſimi in meridie Calendarum Ianuarii, Sex 4. gr. 38. 44. 29. Quemadmodum hic ſubjecimus.

	Sex.	gr.	′	″
Epoche Chriſti	4	38	27	57
Anni 60	0	0	27	14
Anni 9	5	59	49	18
Aggregatum eſt	4	38	44	29

pro motu Solis medio in meridie Calendarum Ianuarii anno Chriſti ſeptuageſimo.

Diſtabat igitur Sol ab Æquinoctio vernali medio Sex. 1. 21 15′ 31″, hoc eſt, gradibus 81 15 31, eoſque Sol perambulat motu medio diebus ferè 82. Dico igitur Æquinoctium Vernale medium eo anno fuiſſe 83° die à Calendis Ianuarii, qui erat 24ᵘˢ dies Martii.

Aliud exemplum. Cupio ſcire diem Æquinoctii Autumnalis medii anno 3964° ante vulgare initium Chriſti. Sumo tempus completum annorum 3963, motumque Solis medium qui huic tempori competit, quatuor ingreſsibus ex Canone motus Solis excerpo, hoc modo.

	Sex.	gr.	′	″
Anni 3000	0	22	41	21
Anni 900	0	6	48	24
Anni 60	0	0	27	14
Anni 3 & unus dies	0	0	16	9
Summa eſt	0	30	13	8

pro motu annorum 3963.

Hunc.

Hunc motum aufero ex Chriſti Epoche Sex. 4. 38 27′ 57″, & reſiduus eſt motus Solis in meridie Calendarum Ianuarii anno ante Chriſtum 3964, Sex. 4. gr. 8. 14 49; Qui diſtat ab Æquinoctio Autumnali Sexag. 4. 51 gr. 45 11, hoc eſt gradibus 291 45 11. Percurrit autem Sol eum arcum æqualiter diebus 296. Dico igitur Æquinoctium Autumnale medium eo anno fuiſſe 24 die Octobris; diſtat enim 24 dies Octobris à primo Ianuarii in anno communi diebus ſolidis 296.

Atque hoc quidem modo inveſtigatur dies Æquinoctii medii in quocunque anno Iuliano dato. Demonſtrandum porro eſt, quomodo dies Novilunii medii inveniatur qui alterutri Æquinoctio eſt proximus. Id facilè præſtatur per Canonem medii motus Lunæ à Sole, in hunc modum.

Sume diem alterutrius Æquinoctii in anno Iuliano dato, motumque Lunæ à Sole ad eundem diem collige. Quo invento, explora quot diebus Novilunium medium illum diem vel antecedat vel ſequatur, ita enim cognitus evadet ipſe dies Novilunii medii, qui alterutri Æquinoctio eſt proximus.

In exemplo, ſit determinandum Novilunium medium quod anno Chriſti ſeptuageſimo Æquinoctio Vernali fuit proximum. Demonſtratum ſupra eſt Æquinoctium Vernale medium eo anno incidiſſe in 24 diem Martii. Quære igitur motum medium Lunæ à Sole anno Chriſti labente ſeptuageſimo ad meridiem 24 diei Martii hoc modo.

	Sex.	gr.	′	″
Epoche Chriſti	3	35	0	28
Anni 60	0	40	13	53
Anni 9	1	50	59	13
Menſes duo anni commun.	5	59	15	15
Dies 23 Martii.	4	40	23	14
Ergo motus Lunæ à Sole die 24 Martii erat,	4	45	52	3

Deficit autem hic motus à circulo Sex. 1. 14 7′ 57″, eumque arcum Luna perambulat diebus ſex. Itaque Novilunium medium ſequebatur 24 diem Martii diebus ſex, & proinde idem contigit Martii die 30.

Neque

Digitized by Google

Neque multò aliter dies Novilunii medii indagatur, ſi annus datus Epochen Chriſti antecedat. Sit enim definiendus dies Novilunii medii qui proxime anteceſsit Æquinoctium Autumnale medium anno 3964 ante Chriſtum. Id commode expedies ſi primùm quæſieris Lunæ à Sole motum in ipſius anni principio. Annis enim 3963 completis convenit motus Lunæ à Sole medius ſexag. 2. grad. 56 19. 30, idque quatuor ingreſsibus, ut vides.

	Sex.	gr.	′	″
Anni 3000	3	31	33	54
Anni 900	4.	3	28	10
Anni 60	0	40	13	35
Anni 3 & unus dies	0	41	3	33
Ergo motus Lunæ à Sole medius in annis 3963 eſt	2	56	19	30

Deme jam hunc motum ab Epocha Chriſti ſex. 3 gr. 35 0 28, & remanebit motus medius Lunæ à Sole in principio anni 3964 ante Chriſtum ſex. 0 38, gr. 40 58. Quoniam verò Æquinoctium Autumnale medium eo anno factum eſt 24 die Octobris, ut paulò ante vidimus, adde ad hanc Epochen motum Lunæ à Sole à principio anni ad 24 Octobris, & provenit motus Lunæ à Sole in meridie 24 diei Octob. ſex. 0, grad. 47 8 39; quemadmodum ſequens calculus probat.

	Sex.	gr.	′	″
Motus Lunæ à Sole primo die Ianuarii anno 3964 ante Chriſtum	0	38	40	58
Menſes anni Communis 9	1	28	4	27
dies Octobris 23.	4	40	23	14
Ergo motus Lunæ à Sole in merid. 24 diei Octob. eſt	0	47	8	39

Percurrit autem Luna hunc arcum diebus fere 4. Dico igitur Novilunium medium Æquinoctio Autumnali proximum fuiſſe die 20 Octobris.

Atque hæc quidem exempla ſufficiunt elucidandis præceptis quæ tradidimus de computandis Æquinoctiis & Novilunius mediis in quocunque anno Iuliano dato. Addo nunc ipſos Canones motuum Solis & Lunæ, qui & retrò & porrò ad totam mundi durationem utiliter ſerviunt.

Canon

Canon medii motus SOLIS perpetuus.

In annis collectis ante Et poſt CHRISTUM.

Anni collect	*Motus* ſex gr. I. II	*Anni* collect	*Motus.* ſex gr. I. II
20	0.0. 9. 5	1300	0. 9.49.55
40	0.0.18. 9	1400	0.10.35.18
60	0.0.27:14	1500	0.11.20.40
80	0.0.36.18	1600	0.12. 6. 3
100	0.0.45.23	1700	0.12.51.26
200	0.1.30.45	1800	0.13.36.48
300	0.2.16. 8	1900	0.14.22.11
400	0.3. 1.31	2000	0.15. 7.34
500	0.3.46.53	2500	0.18.54.27
600	0.4.32.16	3000	0.22.41.21
700	0.5.17.39	3500	0.2628.14
800	0.6, 3. 2	4000	0.30.15. 8
900	0.6.48.24	4500	0.34. 2. 1
1000	0.7.33.47	5000	0.37.48.54
1100	0.8.19.10	5500	0.41.35.47
1200	0.9. 4.32	6000	0.45.22.42

In annis expanſis ante CHRISTUM. / *In annis expanſis poſt* CHRISTUM.

anni Ex-pãſi. (ante)	*Motus* ſex gr. I. II	*anni Ex-pãſi.* (poſt)	*Motus.* ſex.gr. I. II
1	5.59.45.40	1	5 59.45.40
B 2	0. 0.30.28	2	5.59.31.20
3	0. 0.16. 9	3	5.59.17. 0
4	0. 0. 1.49	B 4	0. 0. 1.49
5	5 59.47.29	5	5.59.47.29
B 6	0. 0.32.18	6	5.59.33. 9
7	0. 0.17.58	7	5.59.18.49
8	0. 0. 3.38	B 8	0. 0. 3.38
9	5.59.45.40	9	5.59.49.18
B10	0. 0.34. 6	10	5.59.44.58
11	0. 0.19.47	11	5.59.20.38
12	0. 0. 5.27	B12	0. 0. 5.27
13	5.59.51. 7	13	5.59.51. 7
B14	0. 0.35.55	14	5.59.36.47
15	0. 0.21.35	15	5.59.22.27
16	0. 0. 7.16	B16	0. 0. 7.16
17	5.59.52.56	17	5.59.52.56
B18	0. 0.37.44	18	5.59.38.36
19	0. 0.23.24	19	5.59.24.16
20	0. 0. 9. 5	B20	0. 0. 9. 5

Digitized by Google

Canon medii motus SOLIS perpetuus.

In Menſibus Communibus.

Menſes communes.	Motus Sex	gr.	'	''
Ianuarius	0	30	33	18
Februarius	0	58	9	11
Martius	1	28	42	30
Aprilis	1	56	16	39
Maius	2	28	49	58
Iunius	2	58	24	8
Iulius	3	28	57	26
Auguſtus	3	59	30	44
September	4	29	4	54
October	4	59	38	12
November	5	29	12	22
December	5	59	45	40

In Menſibus Biſextilibus.

Menſes Biſextiles.	Motus Sex.	gr.	'	''
Ianuarius	0	30	33	18
Februarius	0	59	8	20
Martius	1	29	41	38
Aprilis	1	59	15	48
Maius	2	29	49	6
Iunius	2	59	23	16
Iulius	3	29	56	34
Augſtus	4	0	29	52
September	4	30	4	2
October	5	0	37	20
November	5	30	11	30
December.	0	0	44	48

Epoche MUNDI
Sex. 4. *gr.* 8. 0. 30.

Epoche CHRISTI
Sex. 4. *gr.* 38. 27. 57.

Ad longitudinem tempor. 78.0.

Dies	In Diebus. Motus. gr.	'	''	Horæ	In horis & ſcrupulis. gr.	'	''
1	0	59	8	1	0	2	28
2	1	58	17	2	0	4	56
3	2	57	25	3	0	7	24
4	3	56	33	4	0	9	51
5	4	55	42	5	0	12	19
6	5	54	50	6	0	14	47
7	6	53	58	7	0	17	15
8	7	53	7	8	0	19	43
9	8	52	15	9	0	22	11
10	9	51	23	10	0	24	38
11	10	50	32	11	0	27	6
12	11	49	40	12	0	29	34
13	12	48	48	13	0	31	2
14	13	47	57	14	0	34	30
15	14	47	5	15	0	36	58
16	15	46	13	16	0	39	25
17	16	45	21	17	0	41	35
18	17	44	30	18	0	44	21
19	18	43	38	19	0	46	49
20	19	42	47	20	0	49	17
21	20	41	55	21	0	51	45
22	21	41	3	22	0	54	13
23	22	40	12	23	0	56	40
24	23	39	20	24	0	59	8
25	24	38	28	25	1	1	36
26	25	37	37	26	1	4	4
27	26	36	45	27	1	6	32
28	27	35	53	28	1	9	0
29	28	35	1	29	1	11	28
30	29	34	10	30	1	13	55
31	30	33	18	ſcr.	'	''	'''

Digitized by Google

Canon medii motus LUNÆ a SOLE perpetuus.

In annis collectis ante Et poſt CHRISTUM.

Anni collect	Motus ſex gr. ′ ″	Anni collect	Motus ſex gr. ′ ″
20	2.13.24.38	1300	0 31.40.41
40	4 26.49.15	1400	5.38.43.49
60	0.40.13.53	1500	4.45.46.57
80	2.53.38.30	1600	3.52.50. 4
100	5. 7. 3. 8	1700	2.59.53.12
200	4.14. 6.15	1800	2. 6.56.20
300	3.21. 9.23	1900	1.13.59.28
400	2.28 12.31	2000	0.21. 2.36
500	1.35.15.39	2500	1.56.18.15
600	0.42.18.47	3000	3.31.33.54
700	5.49.21.54	3500	5. 6.49.33
800	4.56.25. 2	4000	0.42. 5.11
900	4. 3.28.10	4500	1.17.20.50
1000	3.10.31.18	5000	3.52.36.29
1100	2.17.34.26	5500	5.27.52. 9
[illegible]	1.24.37.33	6000	1. 3: 7.48

In annis expanſis ante CHRISTUM. / *In annis expanſis poſt* CHRISTUM.

anni Expāſi. (ante)	Motus ſex gr. ′ ″	anni Expāſi. (poſt)	Motus ſex gr. ′ ″
1	2. 9.37.22	1	2. 9.37.22
B 2	4.31.26.11	2	4.19.14.44
3	0.41. 3.33	3	0.28.52. 7
4	2.50.40.56	B 4	2.50.40.56
5	5 0.18.18	5	5. 0.18.18
B 6	1.22. 7. 7	6	1. 9.55.40
7	3.31.44.29	7	3.19.33. 2
8	5.41.21.51	B 8	5.41.21.51
9	1.50.59.13	9	1.50.59.13
B10	4.12.48. 2	10	4. 0.36.35
11	0.22.25.24	11	0. 0.13.57
12	2.32. 2.47	B12	2.32.2. 46
13	4.41.40. 9	13	4.41.40. 9
B14	1. 3.28.58	14	0.51.17.31
15	3 16 6. 20	15	3. 0.54.53
16	5.22.43.42	B16	5.22.43.42
17	1.32.21. 4	17	1.32.21. 4
B18	3.54. 9.53	18	3.41.58.26
19	0. 3.47.15	19	5.51.35.49
20	2.13.24.38	B20	2.13 24.38

Canon medii motus LUNÆ a SOLE perpetuus.

In Menſibus Communibus.

Menſes communes.	Motus Sex	gr.	I	II
Ianuarius	0	17	54	47
Februarius	5	59	15	15
Martius	0	17	10	2
Aprilis	0	22	53	23
Maius	0	40	48	10
Iunius	0	46	31	31
Iulius	1	4	26	18
Auguſtus	1	22	21	6
September	1	28	4	27
October	1	45	59	14
November	1	51	42	35
December	2	9	37	22

In Menſibus Biſextilibus.

Menſes Biſextiles	Motus Sex.	gr.	I.	II
Ianuarius	0	17	54	47
Februarius	0	11	26	41
Martius	0	29	21	29
Aprilis	0	35	4	50
Maius	0	52	59	37
Iunius	0	58	42	58
Iulius	1	16	37	45
Auguſtus	1	34	32	33
September	1	40	15	53
October	1	58	10	41
November	2	3	54	1
December.	2	21	48	49

Epoche MUNDI
Sex. 2. *gr.* 48. 18. 20.

Epoche CHRISTI
Sex. 3. *gr.* 35. 0. 28.

Ad longitudinem tempor. 78.0.

Dies	In Diebus Motus ſex.	gr.	I.	II	Horæ	In horis & ſcrupulis I.	gr.	II
1	0	12	11	27	1	0	30	29
2	0	24	22	53	2	1	0	57
3	0	36	34	20	3	1	31	26
4	0	48	45	47	4	2	1	54
5	1	0	57	13	5	2	32	23
6	1	13	8	40	6	3	2	52
7	1	25	20	7	7	3	33	20
8	1	37	31	34	8	4	3	49
9	1	49	43	0	9	4	34	18
10	2	1	54	27	10	5	4	46
11	2	14	5	54	11	5	35	15
12	2	26	17	20	12	6	5	43
13	2	38	28	47	13	6	36	12
14	2	50	40	14	14	7	6	41
15	3	2	51	40	15	7	37	9
16	3	15	3	7	16	8	7	38
17	3	27	14	34	17	8	38	6
18	3	39	26	0	18	9	8	35
19	3	51	37	27	19	9	39	4
20	4	3	48	54	20	10	9	32
21	4	16	0	21	21	10	40	1
22	4	28	11	47	22	11	10	29
23	4	40	23	14	23	11	40	58
24	4	52	34	41	24	12	11	27
25	5	4	46	7	25	12	41	55
26	5	16	57	34	26	13	12	24
27	5	29	9	1	27	13	42	53
28	5	41	20	27	28	14	13	21
29	5	53	31	54	29	14	43	50
30	0	5	43	21	30	15	14	18
31	0	17	54	47	ſcr.	I	II	III

De anno Sabbatico & Iubilæo.

Caput IX.

TRIA Sabbati genera inſtituta ſunt à Deo in veteri fœdere Vnũ in quo homines & jumenta quieſcebant. Alterum in quo Terræ dabatur ſua quies. Tertium in quo renovabatur populi ſtatus.

Primus Sabbatiſmus erat dierum, fiebatque unoquoque die ſeptimo, ad exemplum ipſius Dei, qui fabricâ mundi ſex dierum ſpacio abſolutâ, ſeptimo die ab opere creationis

Geneſ. 2.2 ceſſavit. De quo Sabbato ſupra egimus capite 5. Vbi etiam veram rationem ſupputandi diem Sabbati, in quocunque anno mundi dato tradidimus.

Reliqui duo Sabbatiſmi de quibus propriè hic ſermo eſt, fuerunt annorum. Et prior quidem obſervabatur anno quoque ſeptimo, vocabaturque annus Sabbaticus, eo quod terra totum annum tunc quieſcebat, & inculta relinquebatur, ex mandato Dei Exod. 23, 10. & Levitic. 25. 1. Cauſa verò huius intermiſsionis terræ non fuit, quod terra Canaan ſex annorum ſationem continuam abſque laſsitudine ferre non poſſet: nam vis eius tanta erat, ut ſeptimo quoque anno

Levit. 25. 20. duplum proventum æderet. Sed potius voluit Deus hâc intermiſsione terræ Iſraelitis oſtendere, quanta eſſet Sabbati ſui ſanctitas, cum etiam terram ad illius obſervantiam conſtringeret.

Poſterior Sabbatiſmus celebrabatur anno ſeptimo ſeptimæ Hebdomadæ annalis, hoc eſt anno quadrageſimo nono, ſicuti exponitur Levit. 25. 8. Erat igitur hic annus non tantum Sabbaticus, ſed Sabbaticorum celeberrimus. Nam præterquam quod terra tunc etiam Sabbatum agebat, ſervi quoque manumittebantur, & repentè fiebant liberi. Denique ædium & agrorum poſſeſsiones ad priſtinos Dominos qui ea vendiderant redibant, omniumque rerum nova facies præferebatur. Vnde etiam hic annus peculiari nomine Iubilæus, vel annus

Levit. 25. 11. Iobel appellatus eſt, à ſonitu cornu arietini, quo libertas & agrorum reſtitutio promulgabatur Iſraelitico populo, ſine ullo perſonarum diſcrimine.

Quo

Quò verò anno mundi hic annus cæperit, ex ſacris literis oſtendere promptum eſt. Celebrarunt enim Iſraelitæ Iubilæum cum ex Ægyptiaca ſervitute liberarentur, ac reſtituerentur in priſtinam libertatem,& cum iter ſuſciperent in terram Canaan, ut promiſſa ibi hæreditate fruerentur. Itaque dubium non eſt quin annus Exodi ſit omnium Iubilæorum primus. Deus certè hoc non obſcurè indicat ubi Iſraelitis mandat ut annum Sabbaticum agant in fine anni ſeptimi, hoc eſt in principio octavi; denique ut Iubilæum inchoent in principio anni quinquageſimi. Loquitur enim Deus non de anno octavo & quinquageſimo ſimpliciter, ſed de anno octavo, & quinquageſimo ab Exodo. Nam ſi annus Sabbaticus & Iubilæus conſideretur ſimpliciter, inchoandus ille eſt in principio anni ſeptimi, hic in principio anni quadrageſimi noni, ſicuti Deus ipſe docet Exod. 23. 10. Sin annus Sabbaticus & Iubilæus comparentur ad annum Exodi, tunc annus Sabbaticus cadit in principium anni octavi, & Iubilæus in principium anni quinquageſimi, juxta Dei mandatum Deut. 15. 1. & Levit. 25. 10. Nam à Sabbatico ad Sabbaticum ſunt anni ſolidi ſeptem,& à Iubilæo ad Iubilæum ſunt anni pleni quadragintanovem. Perſpicuum igitur hinc eſt annum Exodi Iſraelitarum eſſe caput omnium Sabbaticorum & Iubilæorum annorum; & proinde omnes annos Sabbaticos & Iubilæos ab anno Exodi, tanquam à primo Sabbatico & Iubilæo eſſe putandos.

Deu. 15. 1
Levit. 25. 10.

Meretur autem conſiderationem quod annus Exodi etiam Sabbaticus & Iubilæus ſit reſpectu primi anni mundi. Nam ut infra demonſtrabimus, à prima rerum origine ad annum Exodi ſunt anni Sabbatici trecenti & quinquaginta, Iubilæi vero quinquaginta. Licet itaque annos Sabbaticos & Iubilæos ſupputare vel ab anno Exodi, vel à mundi principio Nam utravis Epoche aſſumatur, calculus ſemper eòdem recidet. Modus autem calculi eſt hic.

Partire annos mundi datos, vel ab Exodo, vel à mundi initio, per 7, ſi quæratur annus Sabbaticus, vel per 49, ſi Iubilæus quæratur; & quotiens docebit quot anni Sabbatici vel Iubilæi tranſacti ſint à data Epocha, reſiduum verò manifeſtabit quotus annus currat ab antecedente anno Sabbatico vel Iubilæo. In exemplo, detur annus mundi currens 2450. Cupio ſcire quotus is fuerit à præcedente Sabbatico, & quotus etiam à præcedente Iubilæo. Divido primum 2450 per 7, & quotiens eſt 350 ſine ullo reſiduo. Dico igitur annum mundi

2450 fuiſſe Sabbaticum, & quidem trecenteſimum & quinquageſimum à mundi principio. Secundo divido 2450 per 49, & quotiens eſt 50, & nihil reſtat. Dico igitur annum mundi 2450 eſſe Iubilæum, & qu idem quinquageſimum ab orbe condito. Neque alia eſt ratio in quibuſcunque annis aliis.

De Feſtis Iudæorum, Paſchate, Pentecoſte, Scenopegia, & aliis.
Caput X.

SABBATIS affinia ſunt feſta Iudæorum, & primùm illa quæ Moſes in lege recenſet, Paſcha, Pentecoſte, & Scenopegia, quæ ſingulis annis celebrabantur à populo Dei in loco quem Deus cultui ſuo deſtinarat.

Et Paſchatis quidem feſtum agebatur quotannis decimo quarto die menſis Niſan, in veſperá quæ erat inter decimumquartum diem & decimumquintum. Tunc enim mactabatur agnus Paſchalis in memoriam liberationis Ægyptiacæ. Ipſo verò decimoquinto die celebrabatur ſolennis dies Paſchatis, in quo offerebantur Deo primitiæ ex intacta ſegete. Viceſimo tandem primo die, qui ultimus erat dies Paſchatis, populus primùm ſolenniter convocabatur, deinde dimittebatur, & ſic feſtum Paſchatis exibat.

Exo. 12.5 *Deut. 16.9* *Exo. 12.18*

Paſchatis verò ſolennitatem ſequebatur feſtum ſeptem Hebdomadum, quod D. Lucas nominat Pentecoſten, hoc eſt diem quinquageſimum. Agebatur enim hæc feſtivitas quinquageſimo die à ſolenni die Paſchatis in memoriam promulgatæ legis. Nam ab exitu populi ad promulgationem legis ſunt dies quadragintanovem. Celebrabature igitur hoc feſtum quotannis quinto die menſis Sivan, fiebatque tun nova oblatio primitiarum ex frugibus collectis, pro facultate uniuſcujuſque ſecundùm anni proventum.

Deut. 16. 10.11.

Septimo deinde anni menſe, qui Thiſri dicitur, agitabatur feſtum tabernaculorum, quod D. Ioannes appellat σκηνοπηγίαν. Id inſtitutum eſt à Deo, ut Iſraelitæ quotannis memoria repeterent, quod Patres eorum quadraginta annis ſub tuguriis habitaſſent. Quò etiam ſpectabat ipſorum commoratio in tabernaculis, quando feſtum tabernaculorum

lorum

Digitized by Google

lorum celebrabant. Inibat autem hoc feſtum decimoquinto die menſis Thiſri, & exibat die viceſimo ſecundo. Primus & ultimus dies erant Sabbatum, in quibus Iſraelitæ tenebantur ab omni opere ſervili vacare, reliqui autem dies ſex erant feriati, in quibus licitum erat ipſis in tuguriis feriari. *Le. 23. 42.* *Levit. 23. 39. 36.*

Antecedebant etiam hoc feſtum alii duo dies feſti, quorum ſolennitas non definiebatur pluribus diebus, ſed uno tantum, adeò ut nihil ferè ab ordinario Sabbato differrent. Vnde etiam Iſraelitæ non tenebantur eos Hieroſolymis ſervare, ſed in urbibus & vicis in quibus habitabant. Horum prior fuit feſtum Clangoris tubarum, in quo tubæ ſonitu excitabantur Iſraelitæ ad novum annum inchoandum: Nam etſi Deus hunc menſem à primo ordine in ſeptimum paulò ante rejeciſſet, voluit tamen aliquod priſtinæ dignitatis veſtigium illi ſupereſſe, ut Iſraelitæ ſcirent eum caput anni eſſe, à quo cæteri menſes initium duxiſſent. Qua etiam de cauſa Sabbaticos & Iubilæos annos ab illo menſe inchoari voluit. *Le. 23. 24* *Exod. 12. 1* *Exo. 23 16* *Lev. 25. 9*

Alter dies ſacer erat feſtum Expiationis, qui obſervabatur decimo die menſis, eratque ſolennis tum jejunio, tum ſacrificio. Iejunio enim ſe præparabant Iſraelitæ ad pœnitentiam: ſacrificio autem confirmabantur de peccatorum venia, eo quod ritè pro illis litatum eſſet. *Le. 23. 27.*

Atque hæc quidem ſunt feſta omnia quæ Deus in lege mandavit, quæ magni ſunt uſus in Chronologia ſacra, quia ſingula characterem ſuum imprimunt annis mundi in quibus notantur. Quæ vero præterea à Iudæis obſervata ſunt, ea non à Deo inſtituta fuerunt, ſed ab hominibus, utpote jejunium menſis Quarti, Quinti, Septimi & Decimi menſis apud Zachariam; feſtum purim in Libro Heſteræ; & encæniorum in Libro primo Maccabæorum, & alibi. Inter hæc tamen conſideratu dignum eſt jejunium Quarti menſis, quod etiamnum Iudæi quotannis obſervant 17 die menſis Thamus, vel ob captam tunc à Chaldæis Hieroſolymorum urbem, vel (ut illi volunt) ob confractas tunc tabulas legis ad montem Sinai. Ioſephus enim non ſemel huius jejunii mentionem facit in ſua Hiſtoria, eoque charactere narrationis ſuæ veritatem evidenter probat, quemadmodum ſuo loco, favente Deo, demonſtrabimus.

De anno Græcorum, & Ægyptiorum. *Caput XI.*

DOCTRI-

DOCTRINA anni Iuliani & Hebræi hucuſque eſt pertractata. Reliquum eſt ut de annis Græcorum & Ægyptiorum nonnihil dicamus. In libris enim Maccabæorum fit mentio annorum Græcorum,& in opere Ptolemæi magno obſervationes cœleſtium motuum proponuntur in forma anni Ægyptii. Itaque & horum annorum ratio debet nobis eſſe perſpecta.

Ad Græcorum igitur annos quod attinet,non alii ſunt, quam quos Ptolemæus Chaldæorum annos appellat libro magnæ compoſitionis XI. capite VII. Sunt autem propriè Seleucidarum anni, quos ſcz Seleucidæ decimo tertio poſt obitum Alexandri anno in Syria inchoarunt unà cum regno ſuo. Qui quidem anni vocati ſunt Græcorum anni,non tam ob id quod revera Græci eſſent, quam quod Hebræi eſſent accommodati ad formam anni Græci. Conveniunt enim ita inter ſe annus Hebræus & annus Græcorum,ut ſola appellatione atque ordine menſium inter ſe differant. Nam Hebræi annum ſuum ordiuntur ab Æquinoctio verno, Seleucidæ verò & Græci à ſolſtitio æſtivo. Cætera inter annos Hebræos & annos Græcorum vix ullum diſcrimen eſt. Poſſunt igitur facilè alii in alios converti adminiculo ſequentis Tabellæ,quæ docet quomodo Athenienſium & Macedonum menſes cum Hebræis ſint pariandi.

Athenienſium menſes.		*Macedonum menſes.*		*Hebræorum menſes.*	
1.	Ἑκατομβαιών	1.	Λῷος	5.	Ab
2.	Μεταγειτνιών	2.	Γορπιαῖος	6.	Elul.
3.	Βοηδρομιών	3.	Ὑπερβερεταῖος	7.	Thiſri
4.	Μαιμακτηριών	4.	Δῖος	8.	Marheſuan.
5.	Πυανεψιών	5.	Ἀπιλλαῖος	9.	Kiſleu.
6.	Ἀνθεστηριών	6.	Αὐδυναῖος	10.	Thebeth.
7.	Ποσειδεών	7.	Περίτιος	11.	Schebath.
8.	Γαμηλιών	8.	Δύστρος	12.	Adar.
9	Ἐλαφηβολιών	9.	Ξάνθικος	1.	Niſan.
10.	Μουνυχιών	10.	Ἀρτεμίσιος	2.	Ijar.
11.	Θαργηλιών	11.	Δεύπος vel Δέσιος	3.	Sivan.
12.	Σκιροφοριών	12.	Πάνεμος	4.	Thamus.

Et

Et hæc quidem ſunt quæ nos ſcire oportet de anno & menſibus Græcorum. Quod autem ad Ægyptium annum attinet, conſtat is ex menſibus duodecim, & quinque diebus intercalaribus, qui ad finem duodecimi menſis adduntur. Menſes autem Ægyptii, hoc modo vocantur, Thoth, Phaophi, Athyr, Chæac, Tybi, Mechir, Phamenoth, Pharmuthi, Pachon, Payni, Epephi, & Meſori; qui ſinguli habent dies 30, & omnes ſimul dies 360. Itaque annus Ægyptius perpetuò eſt dierum 365; Et proinde omnium annorum æquabiliſsimus eſt, & maximè idoneus ad cœleſtes motus ſupputandum. Vnde etiam à Babyloniis & Ægyptiis perpetuò uſurpatus eſt, qui cœli motibus obſervandis intenti olim fuerunt, habet tamen hoc incommodi, quod continuè vagetur per omnes dies anni Iuliani. Quia enim in ſingulis annis omittitur anni quadrans, Æquinoctia & Solſtitia ſingulis quadrienniis uno proximè die progrediuntur in conſequentia, & in annis quatertrecentis & ſexagintaquinque, hoc eſt in annis 1460, uno ferè anno Ægyptio, hoc eſt diebus fere 365. Hinc fit ut ſubinde alii dies anni Ægyptii quadrent ad alios dies anni Iuliani. Itaque ſingulari induſtria opus eſt, ut juſta applicatio fiat dierum anni Ægyptii ad dies anni Iuliani. Quomodo verò id præſtandum ſit, docet eleganter Eraſmus Reinholdus in tabulis ſuis Prutenicis, præcepto 5 & 6, ad quæ lectorem remitto.

De Epochis & earum intervallis.
Caput XII.

EXPOSUI nunc, cum bono Deo, quæcunque ſpectant ad annum Iulianum, Hebræum, Græcum, & Ægyptium. Addo nunc pauca, coronidis loco, de Epochis & earum intervallis. Appellant autem Græci Epochas primordia temporum à quibus aut præcedentis aut ſequentis temporis fit ſupputatio. Vſitatum enim hoc ſemper fuit ut Gens quælibet, aut Reſpublica, annos ſuos numeraret, vel à rebus geſtis alicuius Herois, vel ab auſpiciis alicuius regni, vel conditæ urbis, vel ab alio quocunque caſu memorabili humani generis. Verùm ut nulla res à mundo condito accidit illuſtrior, vel admirabilior nativitate Filii Dei, quem Deus pro ſua infinita miſericordia, voluit fieri victimam & λύτρον pro peccatis generis humani, ita etiam nulla eſt Epoche ad annos mundi numerandum magis idonea, quam quæ à

Chriſto Iehova pró nobis incarnato initium ſumit. Itaque ad hanc Epocham cæteræ omnes ſunt referendæ, & quidem illæ quarum tempora notiſsima ſunt, non tantùm ex Hiſtoriis fide dignis, verùm etiam ex cœli converſionibus, inter quas hæ quatuor ſunt præcipuæ, Olympiadum, Romæ Conditæ, Nabonnaſſaris, & Iulii Cæſaris.

Celebrata autem eſt prima Olympias anno ante Chriſtũ Iuliano 776, primo die Hecatombæonis, qui erat Neomenia, & nonus dies Iulii, ſi annos Iulianos, retrò computemus. Itaque à meridie Calendarum Ianuarii qui anteceſsit primam Olympiadem, ad meridiem Calendarũ Ianuarii in primo anno Chriſti vulgari, ſunt anni Iuliani pleni 776.

Roma condi cæpit anno ante Chriſtum Iuliano 752, x.I Calendas Aprilis, cum celebrarentur Palilia à paſtoribus in honorem Deæ Palis pro partu pecoris. Hoc enim Velleius Paterculus his verſibus teſtatur,

Urbi feſtus erat, dixere Palilia Patres,
Hic primus cæpit mœnibus eſſe dies.

Quamobrem à Calendarum Ianuarii meridie qui proximè præceſſit urbis Romæ conditum, ad meridiem Calendarum Ianuarii in primo anno Chriſti vulgari, ſunt anni Iuliani pleni 752.

Nabonnaſſar verò Ptolemæi, non eſt Nebucadnezar in ſacris literis, ſed Salmannaſſar Rex Aſſyriæ, qui obſeſſam Samariam triennio cepit, & decem tribus abduxit in Aſſyriam. Videturque primus fuiſſe Regum Aſſyriæ qui propter magnitudinem rerum à ſe geſtarum, nomen quoque ſuum ad Ægyptios extendit, cùm ſuperiorum Regum fama fuiſſet in Occidente obſcurior. Ab huius Imperii primo anno, & meridie primæ diei menſis Thoth, Ptolemæus cœleſtes omnes motus numerat, adeo ut de iſtius Epoches certitudine nihil ſit dubitandum. Sunt autem à meridie primæ diei Thoth in primo anno Nabonnaſſaris, ad meridiem Calendarum Ianuarii in primo anno Chriſti vulgari, anni Iuliani 746 & dies 310. Sed à meridie Calendarum Ianuarii qui proximè anteceſsit initium Nabonnaſſaris, ad meridiem Calendarum Ianuarii in primo anno Chriſti vulgari, ſunt anni Iuliani 747.

Poſtremò à primo anno Iuliano ad primum annum vulgarem Chriſti ſunt anni Iuliani 45. Vtraque enim hæc Epoche initium ſumit à meridie Calendarum Ianuarii.

Et hæ quidem ſunt Epochæ, quibus deinceps utendum erit in ſupputatione annorum Mundi. Vt autem earum uſus facilior reddatur & promptior, ſubiicio ſequentem tabulam, in qua intervalla annorum Iulia-

Iulianorũ,qui inter dictasEpochas intercedunt,dilucidè proponuntur.

Epoche OLYMPIADVM.

Ab Olympiadibus	anni Iuliani.
ad *Romam conditam*	24
ad *Nabonnaſſarem*	29
ad *Iulium Cæſarem*	731
ad CHRISTUM.	776

Epoche ROMÆ CONDITÆ.

A ROMA condita	anni Iuliani.
ad *Nabonnaſſarem*	5
ad *Iulium Cæſarem*	707
ad CHRISTUM.	752

Epoche NABONNASSARIS.

A NABONNASSARE	anni Iuliani.
ad *Iulium Cæſarem*	702
ad CHRISTUM.	747

Epoche IVLII CÆSARIS.

A IULIO CÆSARE	anni Iuliani.
ad CHRISTUM.	45

Hactenus de Temporis ratione egi,quantum inſtituto meo ſufficit. Explicavi enim omnia quæ ad ritè ſupputandum annos mundi deſiderantur,nihilque prætermiſi omnium quæ ad hanc ſacræ Chronologiæ partem ſpectant, Quamobrem hoc primo noſtro labore exantlato, Deo Opt.Max.toto pectore gratias ago,primamque hanc ſacræChronologiæ partem concludo.

Digitized by Google

CHRONOLOGIÆ SACRÆ LIBER II.

De ſerie annorum Mundi quæ extat in ſacra ſcriptura.

QUÆ de tempore, eiuſque partibus hucuſque à nobis diſputata ſunt, præteriri haudquaquam potuerunt, tum quia ad Chronologiam, hoc eſt Temporis rationem ſpectant, tum quia ſine eorum cognitione annorum mundi recta ſupputatio nequit inſtitui. His verò jam ſatis ſuperque pertractatis, tranſeo ad demonſtrandum annorum Mundi ſeriem ex ſacris literis, quæ duobus terminis clauditur, Creationis Mundi, & excidii Hieroſolymitani ultimi. Primum terminum Moſes hiſtoricè proponit, poſteriorem propheticè Daniel. Nos utrumque, & quæ inter illos Epochas principales interjectæ ſunt, ſtudioſè inveſtigabimus, ut certa annorum mundi ratio nobis conſtet. Poſtulamus verò iterum à Patre cœleſti, ut Spiritus Sancti afflatu etiam in hoc tractatu nos dirigat ad nominis ſui gloriam, & Eccleſiæ ædificationem, in IESU CHRISTI Domini noſtri nomine.

De ſummaria annorum mundi partitione. Caput I.

SPIRITUS ſanctus in recenſendis annis mundi huncſequitur ordinem. Primùm ſeriem illorum ex ætatibus Illuſtrium virorum collectam proponit; deinde eoſdem dividit in certas annorum periodos, tanquam in capita prima.

Digitized by Google

primaria, ut eorum adminiculo compendioſè numerari, & in unam ſummam aggregari poſsint. Notantur verò eiuſmodi temporum periodi in ſacris literis præcipuæ novem, quæ Epochis valdè illuſtribus diſtinguuntur.

Prima periodus initium ſumit à mundi conditu, & exit Diluvio, vocaturque in ſacris literis primum ſeculum, vel mundus qui aquis inundatus periit. *Geneſ. 1. 1.* *2. Petri. 3. 6.*

Secunda periodus eſt à Diluvio ad diſceſſum Abrahami Patriarchæ ex Charan, qui incidit in annum ſeptuageſimumquintum ætatis Abrahami. *Geneſ. 12. 4.*

Tertia periodus eſt ab emigratione Abrahami ex Charan ad egreſſionem Iſraelitarum ex Ægypto, quæ facta eſt octuageſimo anno ætatis Moſis completo. *Exod. 7. 7.*

Quarta periodus eſt ab Exodo Iſraelitarum ad jacta fundamenta templi quarto anno regni Solomonis. *1. Reg. 6. 1.*

Quinta periodus eſt à fundato templo ad templum conflagratum, & vaſtata Hieroſolyma, quæ contigerunt undecimo anno regni Sedechiæ, & decimonono anno Imperii Nebucadnezaris. *2. Reg. 25. 2. & 8.*

Sexta periodus eſt à vaſtatis Hieroſolymis, & tranſmigratione populi in Babyloniam, ad eorum reditum in patriam, qui incidit in primum annum Imperii Monarchici Cyri. *Eſd. 1. 1.* *Eſd. 3. 1.*

Septima periodus eſt à reditu Iudæorum in patriam, ad templi redintegrationem anno ſecundo Darii Hyſtaſpis. *Eſd. 4. 24.*

Octava periodus eſt ab ædificatione templi, ad edictum de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, quod promulgatum eſt anno ſeptimo Artaxerxis Longimani. *Eſd. 7. 7.*

Poſtremà periodus eſt ab eodem edicto ad Chriſti Baptiſmum anno decimoquinto Cæſaris Tiberii. *Luc. 3. 1.*

His novem temporum periodis totum illud tempus continetur quod fluxit ab orbe condito ad Chriſti Baptiſmum. Itaque ſi hæ novem temporum periodi ſolidè fuerint demonſtratæ, erunt etiam demonſtrata reliqua tempora, quæ inter has Epochas intercedunt. Danda igitur nobis eſt opera, ut ſingulas, & omnes firmiſsimè demonſtratas habeamus, ita enim computus annorum mundi evadet certus, & ſacræ Hiſtoriæ veritas eluceſcet, quæ Chronologorum diſſentientium opinionibus hactenus valdè fuit labefactata. Hoc verò nos, cum bono Deo, jam præſtare aggredimur.

Quod ab orbe condito ad Diluvium incipiens ſint anni Hebræi pleni 1655, cum menſibus ſeptem & diebus ſexdecim.

Caput II.

QVICUNQVE rationem annorum mundi ante nos ſubduxerunt ex ſacris literis, veritatemque Hebraicam ſequuti ſunt, prodiderunt ad unum omnes ſeculum à mundo condito ad diluvium incipiens conſtare annis Hebræis *1656*. Nec ſine cauſa. Moſes enim hunc annorum numerum ex decem Patriarcharum ætatibus contexit in hunc modum.

Primùm quinto capite Geneſios ſcribit,

Adam genuiſſe Seth cum vixiſſet annos	130.
Seth genuiſſe Enos cum vixiſſet annos	105.
Enos genuiſſe Cainam cum vixiſſet annos	90.
Cainam genuiſſe Mahalaleel cum vixiſſet annos	70.
Mahalaleel genuiſſe Iared cum vixiſſet annos	65.
Iared genuiſſe Henoch cum vixiſſet annos	162.
Henoch genuiſſe Mathuſala cum vixiſſet annos	65.
Mathuſala genuiſſe Lamech cum vixiſſet annos	187.
Lamech genuiſſe Noe cum vixiſſet annos	182.
Septimo deinde capite Geneſios teſtatur	
Diluvium cœpiſſe cum Noe eſſet annorum	600.
Qui anni in unam ſummam aggregati fiunt	1656.

Verùm quia Moſes ſcribit Geneſ. 7. 11, Diluvium cœpiſſe anno vitæ Noe ſexcenteſimo, dubitari meritò poteſt, perfectuſne is annus fuerit, an imperfectus. Nos imperfectum eſſe aſſerimus, idque duabus circumſtantiis probamus, quæ in Hiſtoria Moſis notantur. Prima eſt, quod mundus conditus ſit a Deo, circa Æquinoctium Autumnale. Altera eſt quod Diluvium cœperit paulò poſt Æquinoctium vernale.

Quod ad primum attinet, conſtitutio anni quam Moſes notat in Hi-

ſtoria

Digitized by Google

ſtoria creationis mundi, evincit Autumnum fuiſſe cum mundus conderetur. Nam capite primo Geneſios ſcribit, arbores tertio die mundi edidiſſe fructos ſuos. Et capite tertio per exegeſin addit, Adamo & Hevæ datam fuiſſe optionem decerpendi & manducandi fructus ex quacunque arbore vellent, præterquam ex arbore ſcientiæ boni & mali. Non potuit igitur illud tempus aliud eſſe quàm Autumnale. Nam etſi quædam arbores verno tempore in Palæſtina fructus edant, ſolo tamen Autumni tempore ex omnibus arboribus fructus carpere & manducare licet. Accedit altera ratio non minus ſolida, vcz quod unum idemque ſit conditi orbis & Hebræi anni initium. Atqui annus Hebræus initium ducit ab Æquinoctio Autumnali, quemadmodum in doctrina de anno Hebræo ſuperiore libro probavimus: Conſequitur igitur creationem mundi tempore Æquinoctii Autumnalis cœpiſſe. Quod adeò verum eſt, ut Chaldæus Paraphraſtes diſertè ſcribat 1. Reg. 8, menſem Ethanim, qui Æquinoctio Autumnali eſt proximus, olim fuiſſe primum menſem, ſed ætate Solomonis fuiſſe ſeptimum. Manifeſtum igitur eſt mundum eſſe conditum circa Æquinoctium Autumnale. Diluvium autem cœpiſſe paulò poſt Æquinoctium vernale, non obſcurè indicat Moſes capite 7 & 8 Geneſios, ubi ſcribit Noe ingreſſum eſſe arcam 17 die menſis ſecundi; & ſequente anno ex arca egreſſum eſſe 27 die eiuſdem menſis. Eſt enim Moſi menſis ſecundus, menſis Ijar, vel Ziu, proximus à menſe Niſan, non autem menſis Marheſuan ſecundus à Thiſri, ut perperam cenſuit Ioſephus. Sequitur enim Moſes ordinem menſium, quem Deus, tempore Exodi inſtituit, minimè verò illum qui Diluvii tempore obſervabatur. Quod ex ſequenti ratione manifeſtum eſt. Nam ſi Noe exiviſſet arca bimeſtri poſt Æquinoctium Autumnale, non potuiſſet ſibi & animalibus quæ ex arca eduxerat victum neceſſarium parare in annum ſequentem, tum propter ſublata per Diluvium omnia quæ ſponte ex terra naſcuntur, tum propter hyemem ingruentem. Dubium itaque non eſt quin Diluvii initium inciderit in partem anni vernalem.

Geneſ. 1. 12

Gene. 3. 1. 2

Antiq. Judaic. lib. 1. cap. 4.

Iam verò cum hæc duo ſint longè veriſsima, mundi creationem cœpiſſe circa Autumnale Æquinoctium, ipſo menſe Thiſri ineunte, & diluvium terris immiſſum eſſe anno mundi milleſimo ſexenteſimo & quinquageſimo ſexto, 17 die menſis Ijar vel Ziu, qui proximus eſt à vernali Æquinoctio, conſequitur ex his neceſſariò, inter primum diem mundi

mundi, & primum diem Diluvii intercedere annos Hebræos ſolidos 1655 cum menſibus ſeptem & diebus ſexdecim. Quod erat nobis probandum.

Et hæc quidem eſt demonſtratio primæ annorum mundi periodi quæ nobis proponitur in ſacra ſcriptura. Quæ quàm indubitata ſit, ſequente libro, ex characteribus anni primi mundi, & anni Diluvii comprobabimus. Id tantùm jam nobis obſervandum eſt, quod anni vitæ
Geneſ. 5.27 Mathuſalem quos Moſes ſcribit fuiſſe nongentos & ſexaginta novem, plenos eſſe ſi inchoentur à Niſan, imperfectos autem ſi putentur à Thiſri. Oportet enim alterutrum ſtatuere, ne mors Mathuſalem cadat in ipſum Diluvium. Certum enim eſt Mathuſalem è vita deceſſiſſe paucis diebus ante Diluvium, atq; ita in illo impletum eſſe quod Ieſai-
Ieſ 57.1.2. as ſcribit, Iuſtus perit, & nemo reponit in animo ſuo. Homines, inquam, benigni rapiuntur nemine advertente, quod ante mali adventum recipiatur Iuſtus, quod pacem ingrediatur, quod requieſcat in cubilibus ſuis quiſquis ambulat in æquitate ſua.

Quod ab initio Diluvii ad emigrationem Abrahæ ex Charan effluxerint anni Hebræi ſolidi 368.

Caput III.

DEMONSTRATA eſt, per Dei gratiam, prima annorum mundi periodus, quæ eſt ab orbe condito ad Diluvium incipiens, annorum 1655, menſium ſeptem, & dierum ſexdecim. Sequitur jam annorum mundi periodus ſecunda, quæ eſt à Diluvio incipiente ad emigrationem Abrahæ ex Charan. Hanc Moſes perinde ut præcedentem componit ex decem Patriarcharum ætatibus, quas recenſet undecimo & duodecimo capite Geneſios, annoſque complectitur ſolidos Hebræos 368. Octavo enim capite Geneſios teſtatur Moſes Diluvium duraviſſe annum unum.

Vndecimo deinde & duodecimo capite Geneſios hæc ſcribit

Sem

Sem genuiſſe Arphaxad annis poſt Diluvium	2.
Arphaxad genuiſſe Sela cum vixiſſet annos	35.
Sela genuiſſe Heber cum vixiſſet annos	30.
Heber genuiſſe Peleg cum vixiſſet annos	34.
Peleg genuiſſe Regu cum vixiſſet annos	30.
Regu genuiſſe Serug cum vixiſſet annos	32.
Serug genuiſſe Nachor cum vixiſſet annos	30.
Nachor genuiſſe Therah cum vixiſſet annos	29.
Therah genuiſſe Abram cum vixiſſet annos	70.
Abram egreſſum eſſe ex Charan cum annorum eſſet	75.
Quorum annorum ſumma eſt	368.

Itaque à Diluvio incipiente ad egreſſum Abrahæ ex Charan ſunt anni Hebræi ſolidi 368. Quod erat nobis probandum.

Hæc plana eſt & certiſsima demonſtratio annorum mundi qui ſecundæ temporum periodo debentur. Nam quod hodiè Chronologi quidam hoc intervallum faciunt annorum 427, alienum prorſus eſt à ſacræ ſcripturæ calculo. Moſes enim a finito diluvio ad Arphaxad numerat biennium, Geneſ. 11.10. Et à Therah ad Abram annos 70. Geneſ. 11.27. Illi verò à finito diluvio ad Arphaxad unum tantum annum putant, & à Therah ad Abram annos 130. Quos errores facile eſt refellere, quia ex malè intellectis ſcripturæ locis profluxerunt. Adducto enim eorum vero ſenſu ſtatim corruet uterque per ſe.

Quod ad primum attinet, ſcribit Moſes Geneſ. 11.10, Sem genuiſſe Arphaxad biennio poſt diluvium. Intelligit autem Moſes diluvium finitum, non, ut illi volunt diluvium incipiens. Ratio in promptu eſt, quod finito diluvio, non incipiente, reddita eſt filiis Noe, fœcunditatis gratia, Geneſ. 9.1. Itaque quod Moſes ſcribit Geneſ. 10.1, filiis Noe, Sem, Cham, & Iaphet natos eſſe filios poſt diluvium, non poteſt aliter accipi quam de diluvio finito; uti neque illud quod capite 11.10 ſcribitur de Sem, quod genuerit Arphaxad biennio; poſt diluvium. Sunt igitur à finito diluvio ad Arphaxad anni duo, ſed ab incipiente diluvio anni tres.

Sed videtur repugnantiæ ſpecies eſſe in verbis Moſis, cum ſcribit Geneſ. 11.10, Sem natum centum annos genuiſſe Arphaxad; biennio poſt diluvium. Nam Noe erat annorum quingentorum cum gigneret Sem, Geneſ. 5.32. Et cum diluvium exiret Noe erat annorum ſex-

centorum, uti ſupra demonſtravimus. Oportet itaque Sem tunc fuiſſe centenarium. Atqui ſi Sem centenarius genuit Arphaxad, qui poteſt verum eſſe quod Moſes ſcribit, Sem genuiſſe Arphaxad biennio poſt diluvium?

Hunc nodum facilè ſolvunt qui ſtatuunt Sem fuiſſe centenarium biennio poſt diluvium, ſed Moſi reclamant qui diſertè ſcribit Geneſ. 5. 32, Noe fuiſſe annorum quingentorum cum gigneret Sem, Cham, & Iaphet; & Geneſ. 7. 11, diluvium cœpiſſe anno vitæ Noe ſexcenteſimo. Sequitur enim ex his locis, Sem fuiſſe centenarium cum diluvium exiret, non autem biennio poſt diluvium, ut illi ſtatuunt.

Sed excipiunt, Sem non fuiſſe primogenitum inter filios Noe, quanquam dignitatis ratione primo loco nominetur; ſed primum filiorum Noe fuiſſe Iaphet, ſecundum Sem, & tertium Cham; & proinde Iaphet natum eſſe cum Noe eſſet annorum quingentorum, & Sem biennio poſt. Verùm Moſes ipſe hoc commentum diluit Geneſ. 10. 21, ubi ſcribit Sem fuiſſe patrem omnium filiorum Heber, & fratrem Iaphet maiorem. Significat enim Sem fuiſſe primogenitum liberorum Noe. Nam quia Iaphet habebat duos fratres maiores, Sem & Cham, & Sem prior erat Cham, ideò etiam Sem erat frater maior Iaphet, nam duorum minorum maior erat. Adde verum non eſſe quod pro vero aſſumunt, Cham fuiſſe minimum filiorum Noe. Nam quod Moſes ſcribit Geneſ. 7. 24, Noe cum è vino evigilaſſet reſciviſſe quid illi feciſſet filius ſuus minimus, minimè probat Cham fuiſſe filium Noe minimum, quia Moſes non loquitur de Cham, ut illi volunt, ſed de Canaan, minimo filiorum Cham, Geneſ. 10. 6. In quem etiam Noe maledictionis ſententiam ſtrinxit, non autem in Cham. Cuius rei cauſam etſi Moſes ſubticeat, veriſimile tamen eſt hanc fuiſſe, quod Canaan puerulus rem primus ad patrem Cham detulerit, atque ita primus impietatis autor fuerit. Certum igitur eſt Sem fuiſſe primogenitum Noe, non Iaphet; & Cham fuiſſe ſecundum filiorum Noe, non Sem; denique Iaphet fuiſſe tertium non Cham; omnibus modis ut Moſes eorum natales recenſet.

Quamobrem quod Moſes ſcribit Geneſ. 11. 10, Sem natum annos centum genuiſſe Arphaxad: biennio poſt Diluvium; non ita ſumendum eſt, acſi Sem centenarius genuiſſet Arphaxad biennio poſt Diluvium: ſed quod Sem ceperit liberos gignere cum centenarius eſſet, & quod ſuſtulerit Arphaxad biennio poſt Diluvium. Ita quippe ſe ipſe Moſes explicat Geneſ. 10. 22, ubi filios Sem recenſet, & primum locum ad

ſign a

ſignat Helam, ſecundum Aſſur, & tertium Arphaxad. Significat enim Helam & Aſſur natos eſſe primo & ſecundo anno poſt Diluvium finitum, Arphaxad autem tertio anno, hoc eſt ſolido biennio à Diluvio finito. Sed ſufficiunt iſta refellendo primo errori, qui verſatur circa natales Sem & Arphaxad, & unius anni peccat ἀφαιρέσει.

Sequitur nunc confutatio alterius erroris de natali anno Abraham, qui peccat προσθέσει annorum 60. Moſes enim ſcribit Geneſ. 11. 26, Therah genuiſſe Abram cum vixiſſet annos 70. At illi contendunt Abraham eſſe natum cum Therah vixiſſet annos 130, hoc eſt ſexaginta annis ſeriùs quam Moſes putat. Hoc autem ut probent adducunt verba Stephani Actor. 7. 4, in quibus Protomartyr teſtatur Deum tranſtuliſſe Abraham ex Charan in terram Canaan, poſtquam mortuus eſſet ipſius Pater; Colliguntque ex illis, Abraham primùm migraſſe ex Charan poſt mortem Patris. Exceſsit autem Therah è vivis cum annorum eſſet 205, Geneſ. 11. 32, & Abraham erat annorum 75 cum egrederetur ex Charan, Geneſ. 12. 4. Conſequitur igitur ex hac hypotheſi, Abraham eſſe natum cum Therah eſſet annorum 130. Deducantur enim anni Abraham 75 de annis vitæ Therach 205, & reliqui erunt anni Therah 130, quibus Abraham ex ipſorum ſententia fuerit natus. Ita illi ex falſa Hypotheſi adversùs apertiſsimum ſcripturæ locum argumentantur. Sed perperam. Nam quod ex Stephani verbis eliciunt Abraham manſiſſe in Charan, uſque ad ſupremum diem patris, certè nec verum eſt, nec conſequens, ſi verba Stephani probè expendantur. Non dicit enim Protomartyr quod Abraham exiverit è Charan poſtquam eius pater mortuus eſſet, ſed quod Deus ipſum μετῴκισεν in terram Canaan poſt Patris exceſſum, hoc eſt, quod fixum ei domicilium dederit in terra Canaan poſt mortem Patris. Idque longè veriſsimum eſt. Deus enim μετῴκισεν Abraham in terram Canaan, cum redderet eum poſſeſſorem terræ promiſſæ, poſt emptum agrum à filiis Heth, in uxoris ſuæ & ſui ſepulturam, ut rectè obſervavit Auguſtinus in libro XVI de Civitate Dei capite XV. Hoc autem contigit biennio poſt defunctum Patrem. Therah enim erat annorum 70 cum Abraham naſceretur, Geneſ. 11. 26. Itaque cum Abraham eſſet annorum 100, Therah habebat annos 170. Sara autem compleverat annos 90, cum Abraham eſſet annorum 100, Geneſ. 17. 17: mortuaque eſt cum vixiſſet annos 127, Geneſ. 23. 1. Exceſsit igitur Sara è vivis 37 annis poſtquam nonagenaria fuiſſet, & Abraham

Digitized by Google

centenarius, & Therah annorum 170. Quare ſi anni 37 addantur ad annos Therah 170, exſurgent anni 207, qui biennium excedunt annos vitæ Therah. Nam Therah mortuus eſt cum annorum eſſet 205, Geneſ. 11.32. Verum igitur eſt quod Stephanus teſtatur, quod Deus μετῴκισεν Abraham in terram Canaan poſt mortem Patris. Vivente e-
Gene 12. 1. nim Patre migravit Abraham ex Charan, atque ita per fidem præſtitit
Heb. 11.7 quod Deus illi mandaverat, ut abiret ex domo Patris. Mortuo autem parente tranſlatus eſt in terram Canaan, & cœpit illius terræ poſſeſſor eſſe. Quæ omnia cum Moſis & Stephani verbis exactè conſentiunt.

Et ſic utrumque errorem profligavimus eorum qui ab incipiente diluvio ad egreſſum Abrahæ ex Charan, numerant annos 427, & validè ex Dei verbo evicimus, Sem eſſe natum cum Noe eſſet annorum 500; & Arphaxad cum Sem eſſet annorum 102; & Abraham cum Therah eſſet ſeptuagenarius. Quamobrem à Diluvio incipiente ad emigrationem Abrahæ ex Charan, nec plures, nec pauciores anni ſunt quam 368, ut ſupra demonſtravimus.

Quod ab exitu Abrahæ ex Charan, ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto ſint anni Hebræi pleni 425.

Caput IV.

Quæ nunc ſequuntur in ſacra Hiſtoria annorum periodi, ſic definitæ ſunt à Spiritu ſancto, ut nec diſputationibus Chronologorum, nec vanis hominum commentis perverti poſsint. Id primùm videre licet in tertia annorum mundi periodo, de qua nunc eſt agendum. Sumit illa initium ab egreſſu Abrahæ ex Charan, & terminatur Exodo Iſraelitarum ex Ægypto, annoſque complectitur ſolidos Hebræos 425. Quod ita oſtenditur.

Ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad nativitatem Iſaac ſunt anni 25, & à nativitate Iſaac ad emigrationem Iſraelitarum ex Ægypto ſunt anni 400. Itaque ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad Iſraelitarum Exodum ſunt

Digitized by Google

ſunt anni Hebræi ſolidi 425. Demonſtratio bimembris eſt, & veritas utriuſque membri valdè perſpicua ex ſacris literis.

Nam quod ad primum attinet, ſcribit Moſes Geneſ. 21. 5, Abraham fuiſſe centenarium cum naſceretur Iſaac. Erat autem Abraham annorum ſeptuagintaquinque cum emigraret ex Charan Geneſ. 12.4. Itaque ab exitu Abrahæ ex Charan ad nativitatem Iſaac ſunt anni Hebræi ſolidi 25.

Aliter. Cum Sara traderet ancillam ſuam Agar Abrahæ pro uxore, exacti erant decem anni ex quo habitaverat Abraham in terra Canaan, ac tum etiam congreſſus eſt Abraham cum Agar, Geneſ. 16. 3. 4. Sequente verò anno, puta cum Abraham habitaſſet in terra Canaan annos undecim, natus eſt Iſmael, idemque circumciſus eſt cum eſſet annorum tredecim, Geneſ. 17.25. Sunt igitur ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad circumciſionem Iſmael anni 24, & ad nativitatem Iſaac anni 25. Nam Iſaac natus eſt anno ſequente à circumciſione Iſmael. Geneſ. 18. 10.

Atque ita demonſtratum eſt quod ab emigratione Abrahæ ex Charan ad nativitatem Iſaac tranſierint anni pleni 25. Oſtendendum porrò eſt quod à nativitate Iſaac ad Iſraelitarum exodum tranſacti ſint anni ſolidi quadringenti. Demonſtratio valdè manifeſta eſt ex decimoquinto capite Geneſios, ubi Deus hunc numerum annorum determinat. Sic enim alloquitur Abrahamum verſ. 13 & 14. Scito, inquit, peregrinos fore poſteros tuos in terra aliena, & eius incolis ſervituros, qui affligent illos quadringentos annos. Sed etiam in gentem illam cui ſervient judicia exercebo; & poſtea egredientur ipſi cum facultatibus magnis. In quibus verbis Deus duo prædicit de Abrahæ poſteris. Primùm quod peregrini ſint futuri in terra aliena, & ſervituri incolis eius duriſsimam ſervitutem annis quadringentis. Secundò quod exactis illis annis quadringentis, egreſſuri ſint ex terra illa ſervitutis cum magnis multiſque facultatibus. Factum verò utrumque eſt præfinito tempore. Iſaac enim fuit primus poſterorum Abrahæ (puta in quo Abrahæ vocatum eſt ſemen) idemque primus peregrinatus eſt in terra aliena, & paſſus eſt perſequutionem, tum cum puellus eſſet, ab Iſmaele fratre, tum cum ad ætatem virilem perveniſſet, à Philiſtæis & aliis. Itaque ab Iſaaci nativitate quadringenti anni peregrinationis & ſervitutis poſterorum Abrahæ incipiunt, quemadmodum rectè docet Auguſtinus quæſtione 47 in Exodum. Liberati autem ſunt po-

Geneſ. 21. 12 & 9.
Gal 4. 29.
Geneſ. 26. 14.

ſteri Abrahæ ex dura illa ſervitute, quando per Moſem educti ſunt ex Ægypto, multis ſpoliis & facultatibus ditati. Sunt igitur juxta hoc Dei oraculum à nativitate Iſaac ad Iſraelitarum Exodum anni quadringenti abſoluti: adeoque ſi ad hos addantur anni 25, quos ſupra oſtendimus effluxiſſe ab emigratione Abraham ex Charan ad nativitatem Iſaac, exſurgent anni pleni 425, qui præterierunt ab exitu Abraham ex Charan ad egreſsionem Iſraelitarum ex Ægypto. Quod erat nobis probandum.

Hæc certa eſt demonſtratio tertiæ annorum mundi periodi, ſine qua non licet particularia tempora quæ ſub illa comprehenduntur exactè definire. Intervallum enim annorum, quod fuit inter mortem Ioſeph & nativitatem Moſis, non exprimitur in ſacra ſcriptura. Verùm quia ſumma tertiæ annorum mundi periodi nota eſt, puta annorum 425, licet ex illa, & intervallis annorum datis, quod reliquum eſt intervallum ſupplere hoc modò.

Geneſ. 12.4 & 21.5.	Ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad nativitatem Iſaac ſunt anni	25.
Geneſ. 25. 25.	Ab Iſaac ad Iacob ſunt anni	60.
	A Iacob ad Ioſeph anni	91.

Nam Ioſeph erat annorum 30 cum ſomnium exponeret Pharaoni, Geneſ. 41.46, & annorum 39 cum Iacob deſcendiſſet in Ægyptum. Præterierant enim tunc anni ſeptem ſaturitatis, & duo anni famis, Geneſ. 47. 9 Subductis igitur annis 39 ætatis Ioſeph ex annis 130, quos Iacob expleverat cum veniſſet in Ægyptum, geneſ. 47. 9, reliqui ſunt anni 91, qui numerantur à Iacob ad Ioſeph.

Geneſ. 50. 26.	Ioſeph autem vixit annos	110.
	Anni à morte Ioſeph ad Moſem non exprimuntur in ſacra hiſtoria.	
Exod. 7. 10	A Moſe ad egreſsionem Iſraelitarum ex Ægypto ſunt anni	80.
	Summa annorum datorum eſt	366,

quæ deficit ab annis 425, qui debentur tertiæ annorum mundi periodo, annis 59. Hi igitur fluxerunt à morte Ioſeph ad Moſem.

Sed mirum videtur quod ab exitu Abrahæ ex Charan ad egreſſum Iſraelitarum ex Ægypto non plures anni numerantur quam 425, cum Moſes ſcribat Exod. 12, 40, incolatum Iſraelitarum, quo commorati ſunt in Ægypto, fuiſſe quadringentorum & triginta annorum. Re-

 ſpondeo,

ſpondeo, in verbis Moſis duplicem eſſe Synechdochen. Primùm in voce Iſraelitarum, quia Moſes non tantùm poſteros Iacobi intelligit, qui propriè erant Iſraelitæ, ſed & Iſaaci & Abrahæ filios, imo & Abraham ipſum. Cœpit enim hic incolatus cum Abraham ex Vre Chaldæorum diſcederet & peregrinatum iret in terram alienam, Geneſ. 11. 31: duravitq; annos quadringentos & triginta. Incolatus autem poſterorum Iacobi initium ſumpſit à deſcenſu Iacob in Ægyptum, & annorum tantum fuit 210. Nam Ioſeph erat annorum 39 cum Iacob veniret in Ægyptum, & vixit inde annos 71, mortuus enim eſt cum annorum eſſet 110. Numerantur autem à morte Ioſeph ad Moſem anni 59, & à Moſe ad Exodum anni 80. Quamobrem à diſcenſu Iacob in Ægyptum ad Exodum ſunt anni pleni 210.

Secundò Synecdoche eſt in voce Ægypti. Intelligit enim Moſes loca omnia in quibus Abraham eiuſque poſteri peregrinati ſunt uſque ad exitum ex Ægypto. Quod etiam viderunt ſeptuaginta interpretes, qui adjecerunt hæc verba in Græco textu καὶ ἐν γῇ χαναάν. Auguſtinus quoque quæſtione 47 in Exodum, ſic reddit verba Moſis, Incolatus, inquit, filiorum Iſrael, quem incoluerunt in terra Ægypti, & in terra Canaan, ipſi & Patres eorum ſunt anni 430.

Sed optimè omnium interpretatur hunc locum Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Galatas capite tertio, ubi dicit legem cœpiſſe annis 430 poſt datas Abrahæ promiſsiones. Intelligit enim eas promiſsiones quæ leguntur Geneſ. 12. 1. 2. 3. quæ datæ ipſi fuerunt à Deo, cum juberetur exire à natali ſolo. Ab hoc verò tempore ad promulgatam legem Paulus ſupputat annos 430. Et recte. Nam cum Therah aſſumpſiſſet filium ſuum Abraham, & Lot filium Haranis, nepotem ſuum, & Saram nurum ſuam, uxorem filii ſui Abrahæ, omneſque ſimul perveniſſent Charan uſque, non ſtatim inde profecti ſunt in terram Canaan, ſed conſederunt illic aliquamdiu, Geneſ. 11. 21. Quamdiu verò ibi morati ſint, non expreſſè indicat Moſes, ſed ex iis quæ ſcribit, facile eſt colligere. Numerat enim Moſes, interprete Paulo, à promiſsionibus Abrahæ datis, ad egreſſum Iſraelitarum ex Ægypto annos 430. Exod. 12 40. Et ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad Iſraelitarum Exodum annos 425, uti ſupra oſtenſum eſt. Conſentaneum igitur eſt Abraham commoratum eſſe in Charan totum quinquennium.

Quamobrem ut verum eſt quod Moſes & Paulus apertè ſcribunt, inter diſceſſum Abrahæ ex Vre Chaldæorum, & Iſraelitarum Exodum fluxiſſe

fluxiſſe annos 430: ita etiam certiſsimum eſt quod nos ſupra ex Moſe oſtendimus, inter emigrationem Abrahæ ex Charan, & Exodum Iſraelitarum interceſsiſſe annos 425. Quæ nobis hoc loco fuerunt demonſtranda.

Quod ab Exodo Iſraelitarum ad fundatum à Solomone templum, fluxerint anni Hebræi ſolidi quadringenti & ſeptuaginta novem. *Caput V.*

SEQUITUR nunc quarta annorum mundi periodus quæ initium ducit ab Iſraelitarum exodo, & deſinit in quartum annum regni Solomonis, quando jacta fuerunt templi Hieroſolymitani fundamenta. Continet hæc annos Hebræos plenos quadringentos & ſeptuaginta novem. Nam Spiritus ſanctus hunc numerum annorum determinat 1 Reg. 6.1, ubi ſcribit templi Hieroſolymitani fundamenta jacta eſſe quadringenteſimo octuageſimo anno ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto, quarto anno regni Solomonis, menſe Ziu, qui eſt menſis ſecundus. Intelligit verò annum currentem, non completum. Nam characteres annorum Sabbaticorum, qui in ſequente annorum mundi periodo deſignantur, minimè quadrant ad annum quadringenteſimum octuageſimum plenum, ſed currentem, quemadmodum, Deo favente, in ſequente libro apertè demonſtrabimus. Debet igitur nobis eſſe certisſimum quod Spiritus Sanctus teſtatur, vcz ab Exodo Iſraelitarum ad quartum annum regni Solomonis fluxiſſe annos ſolidos 479. Quod erat nobis probandum.

Hæc unica eſt huius quartæ annorum mundi periodi demonſtratio. Nam quæ ex particularibus temporum intervallis contexitur, imperfecta eſt, eo quod ſacra ſcriptura non definit quot annis imperium Ioſue duraverit. Itaque ex præmiſſa demonſtratione perficienda eſt, hoc modo.

Digitized by Google

Ab Exodo Iſraelitarum ad obitum Moſis ſunt anni 40.
Nam Moſes erat annorum 80 ipſo anno Exodi, Ex. 7.10; & annorum 120 cum moretur. Deut. 34.7.

Mortuo Moſe deſignatus eſt Reipubl. Iſraeliticæ Imperator Ioſue. Ioſ. 1.1. Sed quot annis imperarit, ſacra hiſtoria ſilentio præterit.

Poſt Ioſue autem judicavit Iſraelem Othoniel annis	40.	Iud. 3. 11.
Aod annis	80.	Iud. 3.30.
Barac & Debora annis	40.	Iud. 5.31.
Gedeon annis	40.	Iud. 8.28.
Abimelech annis	3.	Iud. 9.22.
Thola annis	23.	Iud. 10. 2.
Iair annis	22.	Iud. 10. 3.
Iephte annis	6.	Iud. 12. 7.
Abeſan annis	7.	Iud. 12. 8.
Elon annis	10.	Iud. 12. 12.
Abdon annis	8.	Iud. 12. 13.
Simpſon annis	20.	Iud. 16. 31.
Heli poſtremus Iudicum annis	40.	1 Sam. 4. 18
Hinc ad obitum Saul numerantur anni	40.	Act. 13. 21.
Et à caſu Saul ad mortem David, anni	40.	1. Reg. 2. 11
Tandéq; ab obitu David ad fundatũ templũ anni	3.	1. Reg. 6. 1.

Summa annorum omnium eſt 462, quæ annis 17 minor eſt ea quam Spiritus ſanctus proponit 1. Reg. 6. 1. Itaque ſi anni 17 tribuantur Imperio Ioſue, erunt ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto ad fundatum templum anni pleni 479, omnibus modis ut ſacra ſcriptura determinat.

Licet autem ex hoc annorum computo certò etiam definire, quot anni præterierint à diviſa terra Canaan ad Samuelem. Ioſue enim diſtribuit Iſraelitis terram Canaan 45 annis poſt emiſſos Exploratores ex Cades Barneha, Ioſ. 14. 10, hoc eſt annis 46 poſt exitum Iſraelitarum ex Ægypto, quia Exploratores à Moſe emiſsi ſunt ſequente anno ab Exodo Num. 13. 1. Ioſue igitur agebat ſeptimum Imperii annum, cum terram Canaan Iſraelitis diſtribueret; Idemque à diviſa terra ſuperſtes fuit annis 11, quia in univerſum imperavit annis 17 ut modò probavimus. Quamobrem ſi in unam ſummm aggregentur anni Ioſue 11, Othoniel 40, Aod 80, Barac & Deboræ 40, Gedeon 40, Abimelech

3, Thola 23, Iair 22, Iephte 6, Abeſan 7, Elon 10, Abdon 8, Simſon 20; & Heli 40, fient anni 350, qui tranſacti ſunt à diviſa terra ad Samuelem. Eſt igitur graphicum σφάλμα in loco Act. 13.20, ubi facili lapſu pro ἔτεσι τριακοσίοις, ſcriptum eſt τετρακοσίοις. Certum enim eſt à diviſa terra ad Samuelem non poſſe plures annos eſſe, quam trecentos & quinquaginta, propter definitam à Spiritu ſancto quadringentorum & ſeptuaginta novem annorum ſummam, qui fluxerunt ab Exodo Iſraelitarum ad quartum annum regni Solomonis. Nam ſi anni Iudicum à diviſa terra ad Samuelem ponantur 450 (quod quidem ii volunt qui annos Vindicum & Oppreſſorum diſtinctè numerant in libro Iudicum) erunt tunc ab anno Exodi ad quartum annum regni Solomonis anni 579. Nam ab Exodo ad diviſam terram ſunt anni 46, & à Samuele ad quartum annum regni Solomonis putantur anni 83, qui ſimul additi ad annos 450, conſtituunt annos 579. Atqui hæc annorum ſumma excedit eam quam Spiritus ſanctus nobis præfixit, totos annos 100. Non poteſt igitur ea eſſe juſta. Et proinde ut ſummæ conſentiant oportet legere Act. 13.20, annos 350 pro 450; & in libro Iudicum anni Oppreſſorum, annis Vindicum annumerandi ſunt, ita enim calculus Chronologicus ſacer ubique ſibi conſtabit. Sed hæc quidem ſunt quæ de quarta annorum mundi periodo, deque annis 350 à diviſa terra ad Samuelem, hoc loco nobis demonſtranda fuerunt.

Quod à fundato templo ad idem conflagratum & vaſtata à Chaldæis Hieroſolyma ſint anni Hebræi ſolidi 428.

Caput VI.

TRANSEO nunc ad quintam annorum mundi periodum, quæ eſt à jactis templi fundamentis ad templum à Chaldæis conflagratum, & annos habet 428 Hebræos præciſè. Cuius demonſtratio ex ſacris literis valde manifeſta eſt. Fundatum enim eſt templum a Solomone cum regnaſſet triennium, 1. Reg. 6.1. Regnavit autem in univerſum annos 40, 1. Reg. 11.42, et cum vita pariter & regno defunctus

functus eſſet, ſucceſsit ei in regno filius Rechabeam. Itaque à fundato templo ad Rechabeam ſunt anni pleni 37; quot etiam numerantur à templo fundato ad Ieroboam primum Regem Iſraelis à regni diviſione. Nam quo tempore Rechabeam à tribu Iuda adſcitus eſt in Regem Iuda, electus quoque eſt Ieroboam à decem tribubus in regem Iſrael. Metuebat autem Ieroboam cum Rex creatus eſſet, ne decem tribus à ſe deficerent, redirentque ad Rechabeam legitimum regni hæredem. Muniit igitur ſe Ieroboam adverſus Rechabeam, & ſpecie Religionis avertit Iſraelitas ab Hieroſolymis adeundis. Fecit enim duos vitulos aureos, unumque collocavit in Dan, alterum in Bethel, urbibus quæ ſitæ erant in finibus regni ſui, mandavitque Iſraelitis ut ſub eorum imaginibus Deum colerent. Introduxit autem hanc idololatriam in regnum Iſraeliticum, primo anno regni ſui, menſe octavo, die 15. Et proinde anni iniquitatis Iſrael incipiunt à fine anni primi regni Ieroboam, vel ab initio ſecundi. Teſtatur autem Deus, apud Ezechielem, eos annos fuiſſe 390, & exiviſſe eodem anno quo Heroſolyma à Chaldæis everſa fuerunt. Sunt igitur à ſecundo anno regni Ieroboam ad everſa Hieroſolyma, vel ad templum à Chaldæis exuſtum, anni 390. Quibus ſi addantur anni 38, qui fluxerunt à fundato templo ad ſecundum annum regni Ieroboam, exſurgunt anni 428, qui tranſacti ſunt à fundato templo ad templum conflagratum. Quod erat nobis probandum. *Ezech. 4. 5.6.*

Hæc eſt demonſtratio Quintæ annorum mundi periodi, quæ etiam confirmatur dinumeratione annorum per quos à ſingulis Regibus Iuda regnatum eſt, à quarto anno Solomonis ad undecimum annum Sedechiæ.

Solomō enim regnavit à fundato templo annis 37.

Hinc verò regnavit Rehabeam annis	17.	1.Reg.14.21.
Abia annis	3	1.Reg.15. 2.
Aſa annis	41.	1.Reg 15.10.
Ioſaphat annis	25.	1.Reg.22.42.
Iehoram annis	8.	2.Reg. 8.17.
Achaſias anno	1.	2.Reg. 8.26.
Athalia annis	6.	2.Reg.11. 3.
Ioas annis	40.	2.Reg.12. 2.
Amaſias annis	29.	2.Reg.14 2.
Vſias annis	52.	2.Reg.15. 2.

Iotham annis	16.	2.Reg.15.33.
Achas annis	16.	2.Reg.16. 2.
Ezechias annis	29.	2.Reg.18. 2.
Manaſſes annis 55 imperfectis, perfectis	54.	2.Reg.21. 1.
Amon annis.	2.	2.Reg.21.19.
Ioſias annis	31.	2.Reg.22. 1.
Ioachas menſibus tribus.		2.Reg.23.31.
Ioiachim annis	11.	2.Reg.24. 1.
Iechonias menſibus tribus		2.Reg.24.10.
Sedechias annis 11 imperfectis, perfectis	10.	2.Reg.24.18 & 25. 2.
Quorum omnium ſumma eſt	428.	ut ſupra.

Verùm ne cui ſuſpectus ſit noſter calculus, qui tamen à Scriptura nuſquam diſcedit, addo Catalogum Regum Iſrael, etiam ex ſacris literis deſumptum, qui continet annos per quos à Regibus Iſrael regnatum eſt cum Regibus Iuda, ut ex illo appareat, nihil prorſus mutandum eſſe in annis Regum Iuda quos recenſuimus, ſed relinquendos eſſe omnes ut à nobis adducti, & à Spiritu ſancto conſignati ſunt.

Primum enim Scriptura putat ab ineunte regno Rehabeam, ad principium regni Athaliæ annos 95. Nam Rehabeam regnavit annis 17. Abia 3, Aſſa 41, Ioſaphat 25, Iehoram 8, & Achaſias 1, qui ſimul juncti efficiunt annos 95. Cum verò ea ſumma ſit juſta, oportet eſſe annos totidem ab initio regni Ieroboam ad principium regni Iehu; Cœperunt enim eodem tempore regnare Rehabeam & Ieroboam: Et poſt interfectum Achaſiam, ſimul imperare cœperunt Athalia & Iehu, ſicuti ſcribitur 1.Reg.12.16, & 2.Reg.9.10, & 2. Reg.11.1. Quamobrem anni Regum Iuda & regum Iſrael in unam ſummam collecti, differre inter ſe non poſſunt. Docet autem ſacra Scriptura Ieroboam inchoaſſe regnum ſuum anno primo Rehabeam, & vita defunctum eſſe ſecundo anno Aſſæ regis Iuda, 1.Reg.15.25. Itaque

Ieroboam regnavit annis	21.	
Nadab anno	1.	1.Reg.15.25.28
Baaſa annis	24.	1.Reg.15.33.
Ella anno	1	1.Reg.16. 8.
Simri diebus 7.		1.Reg.16.15.
Homri annis	12.	1.Reg.16.23.
Achab annis	22.	1.Reg.16.29.

Aha-

Ahaſias annis	2.	1.Reg.22.52.
Ioram filius Achab annis	12.	2.Reg. 3. 1.

Qui omnes anni aggregati fiunt 95. Conveniunt igitur anni Regum Iſraelis cum annis regum Iuda in primo temporis articulo ad unguem.

Secundò numerat ſacra ſcriptura, ab initio regni Athaliæ ad ſextum annum Ezechiæ, annos 164. Athalia enim per vim regnum tenuit annis 6, Ioas annis 40, Amaſias 29, Vſias 52, Iotham 16, Achas 16, Ezechias ad captam uſque Samariam annis quinque, ut ſcribitur 2.Reg. 18.10. Quorum annorum ſumma eſt 164.

Atqui totidem annos Scriptura tribuit Regibus Iſrael à principio regni Iehu ad finem regni Hoſeæ. Nam

Iehu regnavit annis	28.	2.Reg.10. 3.
Ioahas annis	17.	2.Reg.13. 1.
Ioas annis	16.	2.Reg.13.10.
Ieroboam annis	52.	Cœpit enim regnare

anno 15 Amaſiæ, 2. Reg.14.23, & defunctus eſt anno 38 Vſiæ, 2 Reg. 15.8; quorum intervallum eſt annorum 52. Inde regnavit Zacharia menſibus ſex, 2.Reg.15.8. Et Sallum menſe uno, 2.Reg.15.23. Itaque

A Ieroboam ad Sallum eſt annus	1.	2.Reg.15.8.17.
Inde Menahem regnavit annis	11.	Adeptus enim eſt

regnum anno 39 Vſiæ, 2. Reg.15.17, & regnare deſiit anno 50 Vſiæ, 2.Reg.15.23. Deinceps

Pecahia regnavit annis	2.	2.Reg.15.23.
Pecah annis	20.	2.Reg.15.27.
Hoſea annis	17.	Regnavit enim ut Rex

annis 9, 2.Reg.17.1, & ut tributarius Regis Aſſyriæ annis 8, 2.Re.17.6. Summa annorum quibus Reges Iſrael regnarunt ab initio regni Iehu ad exitum regni Hoſea poſtremi Regis Iſrael eſt 164. Quæ etiam cum ſumma annorum regum Iuda exactè conſentit.

Apparet igitur ex hac annorum συλλογῇ, Catalogos annorum Regum Iſrael & Regum Iuda, quos Scriptura nobis proponit, rectè ſe habere; & proinde veriſsimum eſſe quod nos ſupra ex annis Regum Iuda demonſtravimus, à fundato templo ad conflagratum templum, & vaſtata Hieroſolyma, effluxiſſe annos ſolidos 428.

Videntur tamen nonnulli ſacræ ſcripturæ loci pugnare cum ſuperiore recenſione annorum Regum Iuda, & Regum Iſrael. Conſtat enim ex iis quæ ſupra demonſtrata ſunt, Achab regnaſſe ſuper Iſraelem annis 22 plenis, 1.Reg. 16.29. Et Ioſaphat adeptum eſſe regnum Iuda anno quarto Regis Achab, 1. Reg. 22.41. Et proinde Ioſaphat regnaſſe annos 18 completos, cum Achab cæſus eſſet in prælio à Syris. Deinde & hæc ex ſacris literis certa ſunt, quod Achaſias à morte patris regnaverit biennium, 1.Reg. 22. 52. Et quod Ioram ſucceſſerit fratri Achaſiæ in regno, tranſacto illo biennio, 2.Reg. 1.17. Adeoque Ioram iniviſſe regnum Iſraelis cum Ioſaphat regnaſſet annos 20. Quæ certè omnia vera eſſe oportet, quia nituntur ſacræ ſcripturæ teſtimoniis.

Atqui Spiritus ſanctus alibi teſtatur Achaſiam cœpiſſe regnare anno decimo ſeptimo Regis Ioſaphat completo, 1.Reg. 22.52, & Ioram iniviſſe regnum Iſraelis anno decimooctavo Regis Ioſaphat completo. Quæ à ſuperiori ſupputatione multum diſcrepant. Reſpondeo, hæc quidem eſſe ἐναντιοφανῆ, ſed non contraria. Facilè enim conciliantur ſi ſtatuatur, quod procul dubio verum eſt, Achaſiam regnaſſe ut Proregem, cum Achab extra regnum iviſſet bellum illatum Syris; eundem verò poſt obitum Achab, regnaſſe biennium ut Regem legitimum. Item Ioram Proregis munere functum eſſe toto illo biennio quo regnavit Achaſias, tum propter bella quæ tunc Achaſiæ erant cum Moabitis, tum propter ipſius Achaſiæ invaletudinem 2. Reg. 1. 1. &c. ſed tranſacto illo biennio, cum Achaſias jam mortuus eſſet, regnum Iſraelis devolutum eſſe ad Ioram; adeòque Ioram cœpiſſe tunc regnare ut Regem legitimum, & ſic deinceps regnaſſe annos 12, 2.Reg. 3. 1. His enim poſitis, ſequitur Achaſiam cœpiſſe regnare ut Proregem, decimoſeptimo anno Regis Ioſaphat completo, ſed ut Regem anno decimooctavo completo; ac tum etiam Ioram ſuſcepiſſe Proregis munus ob cauſas quas dixi. Quæ omnia cum ſacra ſcriptura, & cum ſuperiori noſtro calculo egregiè conveniunt.

Et ſic etiam intelligendum eſt quod legitur 2. Reg. 1.17, Achaſiam mortuum eſſe anno ſecundo Iehoram filii Ioſaphat Regis Iuda. Loquitur enim Spiritus ſanctus de ſecundo anno ex quo Iehoram regnaverat ut Prorex. Nam cum Ioſaphat expleto anno regni ſui decimooctavo, occupatus eſſet in bellis extra regnum ſuum cum Syris & Moabitis, coactus eſt Proregis munus demandare Iehoram filio primogenito,

Digitized by Google

hito, ne ſe abſente regnum Iuda turbaretur. Anno itaque ſecundo ex quo Iehoram deſignatus fuerat Prorex, obiit Achaſias Rex Iſraelis, ipſo anno viceſimo Regis Ioſaphat completo. Neque verò obſtat quod ſcribitur 2. Reg. 8. 16. Iehoram filium Ioſaphat cœpiſſe regnare anno quinto Ioram filii Achab, & Ioſaphat Regis Iuda; quia Iehoram tunc cœpit regnare ut Rex, cum ante regnaſſet ut Prorex. Nam cum Ioram filius Achab (qui etiam nominatur filius Ioſaphat, eo quod Ioſaphat eſſet ſocer Athaliæ ſororis Regis Ioram, 2. Reg. 8. 18) regnaſſet integrum quinquennium, expleverat etiam tum Ioſaphat annos vigintiquinque regni ſui. Itaque Iehoram ſucceſsit ei tunc in regno ut filius primogenitus, 2. Chron. 21. 3. Optimè igitur hæc omnia inter ſe conſentiunt, etſi primo intuitu pugnare videantur; ideóque certiſsimus eſt computus annorum Regum Iuda & Regum Iſrael, quem ſupra ex ſacris literis propoſuimus.

Eſt autem apprimè notandum quod templi conflagratio, quæ cadit in finem quintæ annorum mundi periodi, duorum Regum annis ſignetur in ſacra Hiſtoria, nimirum undecimi anni Sedechiæ Regis Iuda, & deciminoni anni Nebucadnezaris Regis Babyloniæ. Voluit enim Spiritus ſanctus horum regum annos pariare propter ſequentes annorum mundi periodos, quæ definitæ non ſunt in ſacris literis ut præcedentes, per ætates regum, aut Illuſtrium virorum, qui rexerunt Dei Eccleſiam, ſed per Ethnicorum regum annos, qui poſt caſum Sedechiæ, Eccleſiam Dei ſubditam ſibi habuerunt, puta Nebucadnezaris, Cyri, Darii Hyſtaſpis, Darii μακρόχειρος, Tiberii Cæſaris, & aliorum. Enimverò niſi Spiritus ſanctus annum ipſe definiiſſet in quo regnum Nebucadnezaris coincidit cum regno Sedechiæ, non poſſet ſeries annorum mundi continuari à capto Sedechia ad Chriſtum, propter deficientem ſucceſsionem Regum Iuda in Sedechia. Hoc autem anno à Spiritu ſancto definito, facile eſt annos mundi, qui Sedechiæ caſum ſequuti ſunt, deducere à decimonono anno Nebucadnezaris, per annos Cyri, Darii Hyſtaſpis, & Darii Longimani, qui notantur in ſacra ſcriptura, ad decimumquintum annum Tiberii, hoc eſt ad Chriſtum uſque.

Falluntur igitur qui putant ſequentium periodorum annos poſſe ſupputari ex ſacra ſcriptura, inconſulta externa Hiſtoria. Nam etſi omnes periodorum ſequentium Epochæ à capto Sedechia ad Chriſtum perfectè ſint annotatæ, quia tamen una atque altera periodus non ha-

Digitized by Google

bet determinatum annorum numerum in ſacra ſcriptura, neceſſe eſt eum colligi ex hiſtoria exotica, & cœlorum motibus. Cuius rei veritatem perſpicuè demonſtrabit ſequentium annorum mundi ſupputatio.

Neque tamen hinc ſequitur, quod aliqui exiſtimant, ſeriem annorum mundi quæ extat in ſacra ſcriptura incertam eſſe, propter humanæ hiſtoriæ incertitudinem. Quia enim non alia documenta aſſumuntur ex profana hiſtoria, quàm quæ cum ſacra ſcriptura, & cœlorum motu exactè conſentiunt, neceſſe eſt ea eſſe vera, tum propter ſacram ſcripturam cui ſunt conſentanea, tum propter cœli motum cui reſpondent, cuius tanta eſt ſtabilitas, ut Deus ipſe verbi ſui ſtabilitatem eo adſtruat, Ierem. 33.20. Sed fient hæc apertiora, adſpirante Deo, in ſequentium annorum mundi periodorum ἀποδείξει. Pergo igitur ad ſextam annorum mundi periodum.

Quod à templi & urbis devaſtatione ad reditum Iudæorum in patriam, fluxerint anni ſolidi Hebræi ſeptuaginta.

Caput VII.

VATICINIUM Ieremiæ de ſeptuaginta annis deſolationis Hieroſolymorum, quod capite 25 legitur, magna pars Chronologorum interpretatur de annis captivitatis Babylonicæ, quam volunt duraſſe annos 70. Hinc etiam eſt, quod à capto Ioiachim Rege Iuda, ad ſolutam captivitatem Babylonicam, annos numerent præciſè 70. Sed valdè falluntur opinione ſua. Nam à captivitate Ioiachim ad ſolutam captivitatem Babylonicam ſunt anni 80, ut ſequens noſtra ſupputatio docebit. Anni igitur ſeptuaginta de quibus Ieremias vaticinatus eſt, non ſunt anni captivitatis Babylonicæ, ſed vaſtationis & deſolationis totius terræ Iuda, atque urbis Hieroſolymorum. Sic enim Ieremias ſe ipſe exponit, capite 25 Prophetiæ ſuæ, ubi inter cætera populo Iuda denunciat, totam terram vaſtationi ac deſolationi futuram

eſſe

eſſe, & populum ſerviturum Regi Babyloniæ annis ſeptuaginta. Neque aliter Propheta Daniel hoc vaticinium explicat capite 9 prophetiæ ſuæ, ubi ſcribit, ſe conſideraſſe ex libris numerum annorum quibus fuerat verbum Iehovæ ad Ieremiam Prophetam, nimirum completas fore vaſtitates Hieroſolymorum ſeptuageſimo anno. *Dan 9. 2.* Et Angelus apud Zachariam eodem ſenſu Deûm compellat, dicens, uſquequò Iehova non es miſerturus Hieroſolymorum, & urbium Juda, in quas indignatus fuiſti jam annos ſeptuaginta? *Zach. 1.12* Docent enim hi loci, prophetiam Ieremiæ de ſeptuaginta annis, pertinere ad vaſtitates Hieroſolymorum & civitatum Iuda, non autem ad captivitatem Babylonicam. Quamobrem cum vaſtitas Hieroſolymorum cœperit anno decimonono Nebucadnezaris Regis Babyloniæ, quando Hieroſolyma à Chaldæis capta fuerunt, & ſolo æquata, populuſque qui à gladio erat reliquus deportatus eſt in Babyloniam; *2. Chron. 36.19.* eademque vaſtitas Hieroſolymorum completa ſit anno primo Cyri Regis Perſarum, quando Iudæi reduces Hieroſolyma reverſi ſunt, cœperuntque habitare Hieroſolymis & in cæteris urbibus ſuis; *Eſdr. 1.1* *Eſd. 3.1.* conſequitur ex vaticinio Ieremiæ, à decimonono anno Nebucadnezaris ad primum annum Cyri eſſe annos plenos 70. Quod nobis erat probandum.

Hæc eſt demonſtratio ſextæ annorum mundi periodi, quæ manifeſtè docet à capto Ioiachim ad annum primum Cyri eſſe annos octuaginta. Nam à capto Ioiachim ad devaſtata Hieroſolyma ſunt anni 10, ut ſupra in computo annorum Regum Iuda oſtendimus. Inde autem ad primum annum Cyri ſunt anni 70, ut modò demonſtratum eſt. Ergo à capto Ioiachim ad primum annum Cyri ſunt anni 80. Peccant igitur μεταχρονισμῷ annorum decem, qui à capto Ioiachim ad primum annum Cyri non plures annos putant quam 70.

Cæterum etſi hæc noſtra demonſtratio ſufficiat comprobandæ ſextæ annorum mundi periodo, tamen ut vaticinii Ieremiæ veritas magis conſpicua ſit, oſtendam deinceps ex Solis & Lunæ motibus, inter decimumnonum annum Nebucadnezaris, & primum annum Cyri, annos tranſiiſſe ſolidos 70. Demonſtratio hæc eſt. Nebucadnezar magnus Aſſyriæ & Babyloniæ Monarcha, is eſt quem Ptolemæus Nabopollaſſarem appellat, & Nabonnaſſar Ptolemæi magnus Aſſyriæ Monarcha, eſt Salamannaſſar in ſacra ſcriptura. Numerat autem Ptolemæus à Nabonnaſſare ad Nabopollaſſarem annos Ægyptios plenos 122. Eclipſin enim Lunæ quam Babylonii obſervarunt anno V Nabopollaſſa-

 ris,

ris, Ptolemæus probat ex Solis & Lunæ motibus factum eſſe anno centeſimo vigeſimo ſeptimo à Nabonnaſſare, libro v. magni. Operis; capite XIIII.

Et tot etiam annos Spiritus ſanctus putat à Salmannaſſare ad Nebucadnezarem. Dubium enim non eſt quin Salmannaſſar Imperium Aſſyriæ tenuerit, quo tempore ſubditum ſibi fecit Hoſeam Regem Iſrael. Id autem factum eſt anno decimo Regis Hoſeæ. Nono enim
2.Reg.15,1 anno qui fuit duodecimus annus Regis Achas, regnavit Hoſea ut Rex. Sequente verò anno, qui erat decimus tertius Regis Achas, regnavit ut tributarius Regis Aſſyriæ. Porro inter decimumtertium annum Regis Achas, & quartum annum Regis Ioiachim (qui primus fuit annus Nebucadnezaris, Ier.25,1) intercedunt anni pleni 122. Nam à decimotertio anno Regis Achas ad Ezechiam ſunt anni tres. Inde verò regnavit Ezechias annis 29, Manaſſes 54, Amon 2, Ioſias 31, Ioiachim 3. Quorum ſumma eſt annorum 122, omninò ut ſupputavit Ptolemæus. Certum igitur eſt à Salmannaſſare ad Nebucadnezarem, eſſe annos 122, & proinde annum Nebucadnezaris decimumnonum eſſe annum centeſimum quadrageſimumprimum à Nabonnaſſare.

Quod ad Cyrum attinet, vetuſtiſsimi quique & doctiſsimi ſcriptores, qui temporum rationes diſputarunt, conferunt ad unum omnes primum Cyri annum, in Olympiadis quinquageſimæquintæ annum primum, hoc eſt in annum Iphiti 217, qui fuit annus à Nabonnaſſare 188. Nabonnaſſar enim ſequutus eſt initium Olympiadum annis 29, ut ſupra libro primo, capite ultimo de Epochis oſtendimus. Regnavit autem Cyrus annos 30 ſolidos, ut Cicero docet in libris de Divinatione. Magi enim exponentes ei ſomnium de triplici appetitione Solis, reſponderunt ipſum 30 annis eſſe regnaturum. Quod quidem contigit, inquit Cicero. Exivit igitur imperium Cyri anno à Nabonnaſſare 218. Et ſic etiam Ptolemæus ultimum Cyri annum definit libro magnæ Conſtructionis V, cap. XIIII. Probat enim ex Solis & Lunæ motibus, Eclipſin Lunæ quæ animadverſa fuit à Babyloniis anno VII Cambyſis, hoc eſt ſeptimo anno à morte Cyri (quia Cambyſes ſucceſſit patri Cyro defuncto) contigiſſe anno 225 à Nabonnaſſare. Oportet igitur imperium Cyri exiviſſe, & Cambyſis iniviſſe, anno à Nabonnaſſare 218, ut ſupra etiam demonſtratum eſt. Tenuit verò Cyrus Monarchicum imperium, teſte Xenophonte in Cyropædia, annis 7.

Itaque

Digitized by Google

Itaque primus annus Monarchiæ Cyri fuit annus à Nabonnaſſare 211, qui diſtat ab anno à Nabonnaſſare 141, hoc eſt ab anno decimonono Nebucadnezaris annis ſolidis 70. Quare ex cœli etiam converſionibus manifeſtum eſt, ab Hieroſolymorum excidio, ad reditum Iudæorum in patriam, præteriiſſe annos 70 plenos. Quod amplius erat demonſtrandum.

Verùm quia nonnulli inter Chronologos, etiam qui Aſtronomiæ egregiè periti ſunt, contendunt Eclipſin Lunæ quam Ptolemæus ſcribit à Babyloniis obſervatam eſſe V anno Nabopollaſſaris, factam eſſe octodecim annis ante (puta anno à Nabonnaſſare 109, non 127 ut habet Ptolemæi traditio) eo quod illam quæ V anno Nabopollaſſaris obſervata ſcribitur, contigiſſe exiſtiment Luna exiſtente ſub terra; demonſtrabo ex Solis & Lunæ motibus à nobis reſtitutis, eam factam eſſe ante Solis ortum, omnibus modis ut à Ptolemæo annotatum eſt. Addam etiam Calculum Eclipſis Lunæ, quæ obſervata fuit anno ſeptimo Cambyſis, ne quis cauſam habeat de noſtro calculo Chronologico dubitandi.

Prima igitur Eclipſis, ut ſcribit Ptolemæus, animadverſa eſt à Babyloniis V anno Nabopollaſſaris, 27 die menſis Athyr, ſub finem horæ undecimæ noctis, cœpitque tunc Luna deficere. In medio autem Eclipſis defecit quadrans ferè diametri ab auſtro.

Altera Eclipſis obſervata eſt Babyloni anno VII Cambyſis, die 17 Phamenoth, hora una ante mediam noctem. Fuitque tunc medium Eclipſis, & defecit ſemiſsis diametri Lunæ à Septentrione. Vide V librum magni Operis Ptolemæi cap. XIIII. Sequitur nunc harum Eclipſium calculus.

Calculus Eclipſis Lunæ, quæ facta eſt V anno Nabopollaſſaris, 27 die menſis Athyr.

Ab initio annorum Nabonnaſſaris ad hoc Lunæ deliquium, ſunt anni Ægyptii 126, dies 86, horæ ſub Goeſano Meridiano apparenter 14 11, examinatum 13 53. Hoc eſt Sexagenæ dierum 12 47, dies 56, 34 37 ½. Quibus debentur ſequentes motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	′	″
Anomaliæ	4	4	27	32
Proſthaphæreſis addenda		1	6	59

Solis.

	Sex.	gr.	′	″
Medius	0	23	9	32
Medius æquatus	0	24	16	31
Anomaliæ centri	4	45	27	55
Proſtaphæreſis centri addenda		5	4	4
Scrupula proportionalia			39	17
Apogæi medius	0	53	30	38
Apogæi medius æquatus	0	54	37	37
Apogæi verus	0	59	41	41
Anomaliæ verus	5	24	34	50
Proſtaphæreſis orbis addenda		1	16	31
Ergo Sol erat in grad.		25	33	2 ♈
Aſcenſio recta temp. 23 38.				

Lunæ.

	Sex.	gr.	′	″
Longitudinis à Sole ſimplex	2	59	34	45
Duplus	5	59	9	30
Proſthaphæreſis centri ſubtr.			6	34
Scrupula proportionalia			0	0
Anomaliæ medius	5	38	22	24
Anomaliæ medius æquatus	5	38	15	40
Proſthaphæreſis orbis addenda		1	41	21
Medius Lunæ æquatus	3	23	51	16
Ergo Luna erat in grad.		25	32	37 ♎
Latitudinis medius	1	18	58	27
Latitudinis verus	1	20	39	48
Ergo latitudo Lunæ borea decreſcens			48	36
Semidiameter Lunæ			15	5
Semidiameter umbræ			39	22

Sum-

Summa Semidiametrorum	54	27
Ablata latitudine Lunæ reſiduum eſt	5	51
Ergo digiti Ecliptici 2. 19 ab auſtro.		
Scrupula incidentiæ	23	47
Motus horarius Lunæ à Sole	26	35

Ergo tempus incidentiæ horæ 0 54, & initium Eclipſis Goeſæ horis à meridie 13 17.

Propter Meridianorum diſcrimen addendæ ſunt Babyloni horæ 3 10. Itaque Luna cœpit Babylone deficere horis à meridie 16 27, circa finem horæ undecimæ noctis. Exivit enim hora undecima noctis,cum tranſactæ eſſent à meridie horæ æquales 16 37. Medium Eclipſis Babyloni fuit horis à meridie 17 21, quinta fere parte horæ ante Solis ortum. Nam Sol oriebatur Babyloni horis à meridie 17 32. Quæ omnia cum Babyloniorum obſervatione exactè conveniunt.

Verum igitur non eſt quod à nonnullis adſtruitur, hanc Eclipſin factam eſſe poſt Solis ortum, cum Luna jam occubuiſſet. Nam etſi Ptolemæi calculus & Prutenicus hoc inferant, noſter tamen qui ex omnium temporum obſervationibus incredibili à nobis labore exſtructus eſt, oſtendit eam factam eſſe omnibus modis ut à Babyloniis obſervatum & conſignatum eſt.

Quintus ergo annus Nebucadnezaris eſt centeſimus viceſimus ſeptimus à Nabonnaſſare, & proinde decimusnonus Nebucadnezaris, vel Nabopollaſſaris, eſt centeſimus quadrageſimus primus annus à Nabonnaſſare, ut ſupra demonſtravimus. Sequitur nunc alterius Eclipſis calculus.

Calculus Eclipſis Lunæ quæ fuit anno VII Cambyſis filii Cyri, 17 die menſis Phamenoth.

A principio annorum Nabonnaſſaris ad hoc plenilunium Eclipticum ſunt anni Ægyptii 224 dies 196, horæ ſub Goeſano Meridiano 7 46 apparenter, examinatim horæ 7 34. Hoc eſt, Sexagenæ dierum 22 45, dies 56, 18 55. Quibus deſerviunt hi motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	I.	II.
Anomaliæ	4	25	4	10
Proſthaphæreſis addenda		1	14	0

Solis.

	Sex.	gr.	I.	II.
Medius	1	47	54	49
Medius æquatus	1	49	8	49
Anomaliæ centri	4	57	15	41
Proſthaphæreſis centri addenda		4	35	13
Scrupula proportionalia			44	47
Apogæi medius	0	55	21	14
Apogæi medius æquatus	0	56	35	14
Apogæi verus	1	1	10	27
Anomaliæ verus	0	47	58	22
Proſthaphæreſis orbis ſubtrah.		1	40	15
Ergo Sol erat in grad.		17	28	34 ♋
Aſcenſio recta temporum 108 59				

Lunæ.

	Sex.	gr.	I.	II.
Longitudinis à Sole ſimplex	3	0	23	26
Duplus	0	0	46	52
Proſthaphæreſis centri addenda			6	15
Scrupula proportionalia			0	0
Anomalæ medius	0	26	40	36
Anomalæ medius æquatus	0	26	46	51
Proſthaphæreſis orbis ſubtr.		2	3	40
Medius Lunæ æquatus	4	49	32	15
Ergo Luna erat in grad.		17	28	35 ♑
Latitudinis medius	4	24	33	21
Latitudinis verus	4	22	29	41
Ergo latitudo Lunæ a uſtr. decreſc.			39	6
Semidiameter Lunæ			15	7

Semidia.

Semidiameter umbræ	39	30
Summa ſemidiametrorum	54	37
Ablata latitudine Lunæ reliquum eſt	15	31

Ergo digiti Ecliptici 6 10. à Septentrione.

Propter differentiam Meridianorum Babiloni addendæ ſunt horæ 3 10. Quare medium Eclipſis Babylone fuit horis à meridie 10 56, hoc eſt hora 1 4 ante mediam noctem, haud aliter quàm à Babyloniis obſervatum eſt.

Manifeſtum igitur eſt ſeptimum annum Cambyſis fuiſſe ducenteſimum viceſimumquintum annum à Nabonnaſſare. Itaque initium imperii Cambyſis, vel finis Monarchiæ Cyri, cadit in annum à Nabonnaſſare ducenteſimum & decimumoctavum, uti ſupra oſtenſum eſt.

Quod à reditu Iudæorum in patriam ad edictum Darii Hyſtaſpidæ de templo redintegrando tranſierint anni Hebræi ſolidi ſeptendecim.

Caput VII.

SEPTIMA annorum mundi periodus initium ſumit à primo anno Cyri, & terminatur anno ſecundo Darii Hyſtaſpis, quando edictum Cyri de templo Hieroſolymis ædificando, à Dario Hyſtaſpe renovatum, & à Iudæis exequutioni mandatum eſt. Eſdr. 6. 1. Intercedunt autem inter primum annum Monarchiæ Cyri, & ſecundum annum Darii Hyſtaſpidæ, anni ſolidi Hebræi ſeptendecim. Quod certò demonſtratur ex duabus Eclipſibus Lunaribus, quæ à Babyloniis obſervatæ fuerunt; una viceſimo anno Darii Hyſtaſpis, 28 die menſis Phamenoth; altera anno triceſimo primo Darii Hyſtaſpis, die tertio menſis Tybi. Probat enim Ptolemæus libro VI magni Operis capite 1x, primam contigiſſe anno ducenteſimo quadrageſimoſexto à Nabonnaſſare; & ſecundam anno à Nabonnaſſare ducenteſimo quinquageſi-

mo-

Digitized by Google

moſeptimo. Annus igitur ſecundus Darii Hyſtaſpis eſt ducenteſimus vigeſimus octavus à Nabonnaſſare.

Atqui primus annus imperii Monarchici Cyri eſt ducenteſimus undecimus annus à Nabonnaſſare, ut in ſuperiori annorum mundi periodo demonſtratum eſt, idemque diſtat ab anno ducenteſimo vigeſimo octavo à Nabonnaſſare annis integris 17. Itaque à primo anno Imperii Monarchici Cyri ad ſecundum annum Darii Hyſtaſpidæ, ſunt anni ſolidi ſeptendecim. Quod erat nobis probandum.

Hæc eſt ἀπόδειξις ſeptimæ annorum mundi periodi, quæ cum maximè pendeat ab Eclipſibus duabus quæ obſervatæ fuerunt ſub Dario Hyſtaſpe, ſubiicio utriuſque deſcriptionem ex Ptolemæo, & ſupputationem ex Solis & Lunæ motibus à nobis reſtitutis. Veritas enim demonſtrationis noſtræ ex illis clarior evadet.

Prima itaque illarum Eclipſium facta eſt anno viceſimo Darii qui ſucceſsit Cambyſi, & filius erat Hyſtaſpis, 28 die menſis Epephi, ſex horis æqualibus & horæ triente poſt Solis occaſum, hoc eſt, ut Ptolemæus colligit, horis undecim & tribus quintis à præcedente meridie. Defecitque tunc quadrans Diametri Lunæ ab auſtro.

Altera contigit anno triceſimoprimo eiuſdem Darii, tertio die Tybi, hora una ante mediam noctem, quo tempore defecit ſexta pars diametri Lunæ ab auſtro.

Vide Ptolemæum libro magni operis IIII cap IX. Et Regiomontani Epitomen libro IIII Propoſit. XVI. Vulgati enim codices habent horam dimidiam ante mediam noctem, ſed Regiomontanus legit horam unam ante mediam noctem. Et rectè. Nam Ptolemæi calculus præbet horam unam proximè ante mediam noctem, non autem horam dimidiam. Idque etiam evincit noſter calculus quem ſubjungo.

Calculus Eclipſis Lunæ quæ Babyloni animadverſa eſt anno XX Darii τῦ μετὰ Καμβύσην, *28 die Epephi.*

Ab initio annorum Nabonnaſſaris ad hoc deliquum ſunt anni Ægyptii

Digitized by Google

gyptii 245, dies 327, horæ ſub Goeſano meridiano 8 38 apparenter, exactè horæ 8. 12. Hoc eſt, Sexagenæ dierum 24 55, dies 52, 20 30. Quibus debentur ſequentes motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	I	II
Anomaliæ	4	29	32	52
Proſthaphæreſis addenda		1	14	15

Solis.

	Sex.	gr.	I	II
Medius	3	52	2	36
Medius æquatus	3	53	16	51
Anomaliæ centri	4	59	49	29
Proſthaphæreſis centri addenda		4	27	32
Scrupula proportionalia			45	54
Apogæi medius	0	55	45	17
Apogæi medius æquatus	0	56	59	32
Apogæi verus	1	1	27	4
Anomaliæ verus	2	51	49	47
Proſthaphæreſis orbis ſubtrahenda			20	41
Ergo Sol erat in grad.		22	56	10 ♏
Aſcenſio recta Solis temporum 230 37				

Lunæ.

	Sex.	gr.	I	II
Longitudinis à Sole ſimplex	2	59	46	47
Duplus	5	59	33	34
Proſthaphæreſis centri ſubtrahenda			3	32
Scrupula proportionalia			0	0
Anomaliæ medius	0	1	39	43
Anomaliæ medius æquatus	0	1	36	11
Proſthaphæreſis orbis ſubtrahenda			7	37
Lunæ medius æquatus	0	53	3	38
Ergo Luna erat in grad.		22	56	1 ♉

I Latitu-

Latitudinis medius	1	20	54	52
Latitudinis verus	1	20	47	15
Ergo latitudo Lunæ borea decreſcens			48	1
Semidiameter Lunæ			15	0
Semidiameter umbræ			39	0
Summa ſemidiametrorum			54	0
Ablata latitudine Lunæ reſiduum eſt			5	59

Ergo digiti Ecliptici 2 23 ab auſtro.

Propter differentiam Meridianorum Babiloni addendæ ſunt horæ 3 10. Itaque medium Eclipſis Babylone fuit horis à meridie æqualibus undecim, cum quatuor quintis unius horæ. Vix aliter quàm Babylonii animadverterunt.

Et hic quidem eſt prioris Eclipſis Lunæ Epilogiſmus, ſequitur nunc

Calculus Eclipſis Lunæ, quæ Babyloni obſervata eſt, anno XXXI Darii Hyſtaſpis, die tertio Tybi.

A principio annorum Nabonnaſſaris ad hoc Lunæ deliquium numerantur anni Ægyptii 256, dies 122, horæ ſub Goeſano Meridiano apparenter 7.48, exactè horæ 7 30. Quibus debentur ſequentes motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	'	''
Anomaliæ	4	31	44	11
Proſthaphæreſis addenda		1	14	14

Solis.

	Sex.	gr.	'.	''
Medius	0	27	19	47
Medius æquatus	0	28	34	1
Anomaliæ centri	5	1	4	38
Proſthaphæreſis centri addenda		4	22	46

Scru-

Scrupula proportionalia			46	26
Apogæi medius	0	55	57	1
Apogæi medius æquatus	0	57	11	15
Apogæi verus	1	1	34	1
Anomaliæ verus	5	27	0	0
Proſthaphæreſis orbis addenda		1	13	23
Ergo Sol erat in grad.		29	47	24 ♈
Aſcenſio recta Solis temporum 27.39				

Lunæ.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Longitudinis à Sole ſimplex	3	6	10	20
Duplus	0	12	20	40
Proſthaphæreſis centri addenda		1	39	45
Scrupula proportionalia			0	53
Anomaliæ medius æquatus	1	3	52	56
Proſthaphæreſis orbis ſubtrah.		4	56	51
Lunæ medius æquatus	3	24	44	30
Ergo Luna erat in grad.		29	47	39 ♎
Latitudinis medius	1	24	21	2
Latitudinis verus	1	19	24	11
Ergo latitudo Lunæ borea decreſcens			55	7
Semidiameter Lunæ			16	29
Semidiameter umbræ			44	32
Summa utriuſque Semidiametri			61	1
Ablata latitudine Lunæ reſiduum eſt			5	54

Ergo digiti Ecliptici 2, 9 ab auſtro.

Propter diſcrimen Meridianorum Babyloni addendæ ſunt horæ 3. 10. Quare Eclipſis medium Babylone contigit horis à meridie 10.58, hoc eſt hora 1. 2 ante mediam noctem, omnibus modis ut à Babyloniis obſervatum eſt,

Apparet igitur ex harum Eclipſium calculo, Darium Hyſtaſpin iniviſſe imperium, anno ducenteſimo viceſimo ſeptimo à Nabonnaſſare, adeoque ſecundum annum Darii Hyſtaſpis fuiſſe annum à Nabonnaſſare ducenteſimum viceſimumoctavum, qui diſtat à primo anno Imperii Monarchici Cyri, annis ſolidis ſeptendecim. Hi igitur debentur

ſeptimæ annorum mundi periodo; Quod nobis erat hoc loco demonſtrandum.

Quod ab edicto Darii Hyſtaſpis de templo Hieroſolymis redintegrando, ad edictum Darii Longimani de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, intercedant anni Hebræi pleni 63.

Caput IX.

A Dario Hyſtaſpe, qui poteſtatem Iudæis reducibus fecit redintegrandi templum Hieroſolymis, anno ſecundo Imperii ſui, ſacra ſcriptura progreditur ad Artaxerxem, qui regni ſui anno ſeptimo edictum promulgavit, de reſtituendo Hieroſolymis ſtatu Eccleſiaſtico & politico per Eſdram. Fuit autem hic Artaxerxes filius Xerxis natu maior, quem exotici Scriptores appellant Darium Longimanum, eo quod dexteram manum longiorem haberet ſiniſtra. Debebatur huic regnum Perſiæ, defuncto patre, ſucceſsionis jure. Sed Artabanus vel procuratoris, vel Tutoris nomine, adminiſtrationem Regni ſibi vendicavit, regnumque etiam deinceps occupare conatus eſt. Effecit enim ut Artaxerxis Longimanus fratrem Darium occideret, eo quod Xerxem patrem à Dario interfectum eſſe aſſeveraret. Quo facinore perpetrato, Artaxerxem quoque è medio tollere cogitabat. Sed Artaxerxes Longimanus inſidiarum Artabani conſcius, maturè eum prævenit, armatumque, inſigni ſtratagemate, armis denudavit, & gladio trajecit, & ſic Imperium recuperavit, vindicata patris & fratris nece, Vide Iuſtinum lib. III.

Hæc geſta ſunt octavo menſe à cæde Xerxis, cum Artabanus jam per vim regnaſſet menſes ſeptem, ut teſtatur Euſebius in Chronico. Xerxes verò interfectus eſt ab Artabano, teſte Diodoro, Olympiadis ſeptuageſimæ octavæ anno quarto, hoc eſt, anno Iphiti trecenteſimo & duodecimo. Itaque Artaxerxes Longimanus ſolus regnare cœpit anno

Digitized by Google

Iphiti trecenteſimo & decimotertio, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano ducenteſimo octuageſimoquarto cum ſemiſſe. Xerxes enim occiſus eſt circa Solſtitium brumale. Artaxerxes autem imperium inivit circa Solſtitium æſtivum ſequens, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano ducenteſimo octuageſimoquarto cum dimidio.

Id verò etiam ex Artaxerxis Longimani exceſſu colligitur. Mortuus enim eſt Artaxerxes Longimanus anno ſeptimo belli Peloponneſiaci, in principio hyemis, teſte Thucydide lib. IIII. Cœpitque bellum Peloponneſiacum anno à Nabonnaſſare Iuliano trecenteſimo & decimoſeptimo, uti mox demonſtrabimus. Septimus igitur annus belli Peloponneſiaci exivit anno à Nabonnaſſare Iuliano trecenteſimo & vigeſimoquarto. Conſtat verò ex Diodoro & aliis probatis ſcriptoribus, Artaxerxem à morte patris imperaſſe annos ſolidos 40. Quamobrem ſi anni 40 deducantur de anno trecenteſimo vigeſimoquarto à Nabonnaſſare Iuliano ineunte, cadet mors Xerxis in annum ducenteſimum octuageſimumquartum à Nabonnaſſare Iulianum ineuntem, Et proinde Artaxerxes Longimanus ſolus imperare cœpit in fine ſeptimeſtris ſequentis.

Licet autem hinc certò definire annum in quo Artaxerxes Longimanus Eſdræ mandatum dedit, de reſtituendo Hieroſolymis Eccleſiaſtico, & politico ſtatu. Scribit enim Eſdras id factum eſſe anno Artaxerxis Longimani ſeptimo, primo die Niſan, hoc eſt anni quadrante ante initium anni octavi. Nam Artaxerxes Longimanus cœpit imperare anno à Nabonnaſſare ducenteſimo octuageſimoquarto Iuliano circa Solſtitium æſtivum, ut ante probavimus. Idemque Eſdram Hieroſolyma ablegavit anno ſeptimo Imperii ſui, primo die menſis Niſan, hoc eſt, circa Æquinoctium vernale. Itaque inter initium Imperii Artaxerxis Longimani, & legationem Eſdræ, intercedunt anni ſolidi ſex cum menſibus novem; qui ſi addantur ad annum octuageſimumquartum cum dimidio à Nabonnaſſare, quando Artaxerxes cœpit regnare, cadet ipſius edictum in annum à Nabonnaſſare ducenteſimum nonageſimum primum Iulianum, cum menſibus tribus. Oſtenſum verò à nobis eſt in præcedente annorum mundi periodo, edictum Darii Hyſtaſpis de templo redintegrando, exiviſſe anno à Nabonnaſſare ducenteſimo vigeſimooctavo. Intercedunt igitur inter edictum Darii Hyſtaſpis, & edictum Darii Longimani anni, ſolidi Hebræi ſexagintatres. Quod erat nobis probandum.

Eſd 7. 7. 8. 9.

ſeptimæ annorum mundi periodo; Quod nobis erat hoc loco demonſtrandum.

Quod ab edicto Darii Hyſtaſpis de templo Hieroſolymis redintegrando, ad edictum Darii Longimani de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, intercedant anni Hebræi pleni 63.

Caput IX.

A Dario Hyſtaſpe, qui poteſtatem Iudæis reducibus fecit redintegrandi templum Hieroſolymis, anno ſecundo Imperii ſui, ſacra ſcriptura progreditur ad Artaxerxem, qui regni ſui anno ſeptimo edictum promulgavit, de reſtituendo Hieroſolymis ſtatu Eccleſiaſtico & politico per Eſdram. Fuit autem hic Artaxerxes filius Xerxis natu maior, quem exotici Scriptores appellant Darium Longimanum, eo quod dexteram manum longiorem haberet ſiniſtra. Debebatur huic regnum Perſiæ, defuncto patre, ſucceſsionis jure. Sed Artabanus vel procuratoris, vel Tutoris nomine, adminiſtrationem Regni ſibi vendicavit, regnumque etiam deinceps occupare conatus eſt. Effecit enim ut Artaxerxis Longimanus fratrem Darium occideret, eo quod Xerxem patrem à Dario interfectum eſſe aſſeveraret. Quo facinore perpetrato, Artaxerxem quoque è medio tollere cogitabat. Sed Artaxerxes Longimanus inſidiarum Artabani conſcius, maturè eum prævenit, armatumque, inſigni ſtratagemate, armis denudavit, & gladio trajecit, & ſic Imperium recuperavit, vindicata patris & fratris nece, Vide Iuſtinum lib. III.

Hæc geſta ſunt octavo menſe à cæde Xerxis, cum Artabanus jam per vim regnaſſet menſes ſeptem, ut teſtatur Euſebius in Chronico. Xerxes verò interfectus eſt ab Artabano, teſte Diodoro, Olympiadis ſeptuageſimæ octavæ anno quarto, hoc eſt, anno Iphiti trecenteſimo & duodecimo. Itaque Artaxerxes Longimanus ſolus regnare cœpit anno

Iphiti

Digitized by Google

Iphiti trecenteſimo & decimotertio, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano ducenteſimo octuageſimoquarto cum ſemiſſe. Xerxes enim occiſus eſt circa Solſtirium brumale. Artaxerxes autem imperium inivit circa Solſtitium æſtivum ſequens, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano ducenteſimo octuageſimoquarto cum dimidio.

Id verò etiam ex Artaxerxis Longimani exceſſu colligitur. Mortuus enim eſt Artaxerxes Longimanus anno ſeptimo belli Peloponneſiaci, in principio hyemis, teſte Thucydide lib. IIII. Cœpitque bellum Peloponneſiacum anno à Nabonnaſſare Iuliano trecenteſimo & decimoſeptimo, uti mox demonſtrabimus. Septimus igitur annus belli Peloponneſiaci exivit anno à Nabonnaſſare Iuliano trecenteſimo & vigeſimoquarto. Conſtat verò ex Diodoro & aliis probatis ſcriptoribus, Artaxerxem à morte patris imperaſſe annos ſolidos 40. Quamobrem ſi anni 40 deducantur de anno trecenteſimo vigeſimoquarto à Nabonnaſſare Iuliano ineunte, cadet mors Xerxis in annum ducenteſimum octuageſimumquartum à Nabonnaſſare Iulianum ineuntem, Et proinde Artaxerxes Longimanus ſolus imperare cœpit in fine ſeptimeſtris ſequentis.

Licet autem hinc certò definire annum in quo Artaxerxes Longimanus Eſdræ mandatum dedit, de reſtituendo Hieroſolymis Eccleſiaſtico, & politico ſtatu. Scribit enim Eſdras id factum eſſe anno Artaxerxis Longimani ſeptimo, primo die Niſan, hoc eſt anni quadrante ante initium anni octavi. Nam Artaxerxes Longimanus cœpit imperare anno à Nabonnaſſare ducenteſimo octuageſimoquarto Iuliano circa Solſtitium æſtivum, ut ante probavimus. Idemque Eſdram Hieroſolyma ablegavit anno ſeptimo Imperii ſui, primo die menſis Niſan, hoc eſt, circa Æquinoctium vernale. Itaque inter initium Imperii Artaxerxis Longimani, & legationem Eſdræ, intercedunt anni ſolidi ſex cum menſibus novem; qui ſi addantur ad annum octuageſimumquartum cum dimidio à Nabonnaſſare, quando Artaxerxes cœpit regnare, cadet ipſius edictum in annum à Nabonnaſſare ducenteſimum nonageſimum primum Iulianum, cum menſibus tribus. Oſtenſum verò à nobis eſt in præcedente annorum mundi periodo, edictum Darii Hyſtaſpis de templo redintegrando, exiviſſe anno à Nabonnaſſare ducenteſimo vigeſimooctavo. Intercedunt igitur inter edictum Darii Hyſtaſpis, & edictum Darii Longimani anni, ſolidi Hebræi ſexagintatres. Quod erat nobis probandum.

Eſd 7. 7. 8. 9.

Hæc eſt demonſtratio octavæ annorum mundi periodi, quæ etſi nitatur Diodori & Thucydidis Ethnicorum Scriptorum teſtimoniis, eſt tamen longè certiſsima & veriſsima, quia confirmatur duabus Eclipſibus Solaribus, quas Thucydides annotavit.

Prima facta eſt anno primo belli Peloponneſiaci, in Novilunio Metageitnionis poſt meridiem. Eaque tanta fuit, ut cum Sol repleretur, naſcenti Lunæ ſimilis appareret, & ſtellæ nonnullæ effulgerent. Thucyd. libro II.

Altera contigit circa initium anni octavi belli Peloponneſiaci, trimeſtri ferè ante obitum Artaxerxis Longimani, in neomenia Munychionis. Thucyd. lib. IIII. Subiicio autem utriuſque calculum.

Calculus Eclipſis Solaris quæ conſpecta eſt in Græcia, anno primo belli Peloponneſiaci, in Novilunio Μεταγειτνιῶνος *poſt meridiem.*

Ab initio annorum Nabonnaſſaris ad hunc Solis defectum numerantur anni Ægyptii 316, dies 237, horæ ſub Goeſano meridiano 2, 20 apparenter, examinatim horæ 2, 6, hoc eſt, Sexagenæ dierum 32, 5, dies 17, 5 15. Quibus debentur ſequentes motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Anomaliæ	4	44	22	56
Proſthaphæreſis addenda		1	11	55

Solis.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Medius	2	6	7	35
Medius æquatus	2	7	19	30
Anomaliæ centri	5	8	18	53
Proſtaphæreſis centri addenda		4	0	3
Scrupula proportionalia			49	17

Apogæi

Digitized by Google

Apogæi medius	o	57	4	53
Apogæi medius æquatus	o	58	16	48
Apogæi verus	1	2	16	51
Anomaliæ verus	1	5	2	39
Proſthaphæreſis orbis ſubtrahenda		2	5	10
Ergo Sol erat in grad.		5	14	20 ♌
Aſcenſio recta temp. 127 40.				

Lunæ.

	Sex.	gr.	′	″
Medius à Sole	o	2	44	7
Duplus	o	5	28	14
Proſthaphæreſis centri addenda			44	14.
Scrupula proportionalia			o	11
Anomaliæ medius	1	21	38	11
Anomaliæ medius æquatus	1	22	22	25
Proſthaphæreſis orbis ſubtr.		4	49	25
Lunæ medius æquatus	2	10	3	37
Ergo Luna erat in grad.		5	14	12 ♌
Latitudinis medius	1	25	30	20
Latitudinis verus	1	20	40	55


Propter diſcrimen meridianorum Athenis in Græcia addenda eſt hora 1.50. Itaque vera Luminarium copula Athenis facta eſt horis à meridie 4.10.

In quinto climate ubi Polus boreus attollitur grad. 41, & Græciæ medium à Geographis ſtatuitur, erat horis à meridie 4. 10, parallaxis longitudinis Lunæ à Sole, ſcrup. 29 17. Motus horarius Lunæ à Sole verus, ſcrup. 29 26, apparens ſcrup. 26 35. Sol verſabatur in quadrante occidentali, ergo apparens Synodus ſequebatur veram hora 1.6, Fuitque ea Athenis horis à meridie 5 16. Quo tempore invenitur

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole ſcr.	31	53
Parallaxis latitudinis	40	36
Latitudo Lunæ vera borea decreſcens	42	48
Ergo latitudo Lunæ viſa borea	5	22
Semidiameter Solis	17	7
Semidiameter Lunæ	17	17
Summa Semdiametrorum	34	24
Ablata latitudine Lunæ viſa reſiduum eſt	29	2

Er-

Typus Eclipſis huius.



Ergo digiti Ecliptici 10. 10. Cæterum quia diameter Lunæ exceſsit diametrum Solis ſcrup. 20 ſecundis, apparuit diameter Solis aliquanto minor, ipſaque Solis obſcuratio aliquantulum maior. Acceſsit igitur defectus ad digitos 10½ proximè. Eratque tunc Sol naſcenti Lunæ ſimilis, ut apparet ex adjuncto ſchemate. Quare calculus Aſtronomicus cum annotatione Thucydidis coincidit.

Calculus Solaris defectus qui viſus fuit in Græcia, anno ſeptimo belli Peloponneſiaci exeunte, in neomenia Munychionis.

Ab initio annorum Nabonaſſaris ad hunc Solis defectum ſunt anni Ægyptii 323, dies 104, horæ ſub Goeſano meridiano apparenter 19 27, examinatim horæ 19 21. Hoc eſt, Sexagenæ dierum 32 46, dies 38, 48 22½. Quibus debentur hi motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	′	″
Anomaliæ	4	45	46	24
Proſthaphæreſis addenda		1	11	27

Solis.

	Sex.	gr.	′	″
Medius	5	53	15	10
Medius æquatus	5	54	26	37
Anomaliæ centri	5	9	6	39
Proſtaphæreſis centri addenda		5	57	32
Scrupula proportionalia			49	34

Apogæi

Digitized by Google

Apogæi medius	0	57	12	21
Apogæi medius æquatus	0	58	23	48
Apogæi verus	1	2	21	20
Anomaliæ verus	4	52	5	17
Proſthaphæreſis orbis addenda		2	8	15
Ergo Sol erat in grad.		26	34	25 ♓
Aſcenſio recta temporum 356 52				

Lunæ.

	Sex.	gr.	′	″
Medius à Sole	0	5	17	49
Duplus	0	10	35	38
Proſthaphæreſis centri addenda		1	25	45
Scrupula proportionalia			0	39
Anomaliæ medius	0	41	21	40
Anomaliæ medius æquatus	0	42	47	25
Proſthaphæreſis orbis ſubtr.		3	9	44
Lunæ medius æquatus	5	59	44	26
Ergo Luna erat in grad.		26	34	42 ♓
Latitudinis medius	1	23	16	10
Latitudinis verus	1	20	6	26

Propter differentiam meridianorum addenda eſt Athenis hora 1.50. Itaque vera Luminarium conjunctio facta eſt Athenis horis à præcedente meridie 21 17. Datur autem ad hoc tempus in quinto Climate parallaxis longitudinis Lunæ à Sole ſcr. 9 49. Motus horarius Lunæ à Sole verus ſcrup. 27 13. Viſus ſcrup. 19 38. Ergo apparens conjunctio fuit horis 20 47 à meridie antecedente, ſemiſſe horæ ante veram. Daturque tunc temporis

Parallaxis longitudinis Lunæ à Sole ſcr.	13	44
Parallaxis latitudinis Lunæ a Sole	43	59
Latitudo Lunæ vera borea decreſcens	52	38
Ergo latitudo Lunæ viſa borea	8	39
Semidiameter Solis	17	8
Semidiameter Lunæ	15	18
Summa ſemidiametrorum	32	26
Ablata latitudine Lunæ viſa reſiduum eſt	23	47

Ergo digiti Ecliptici 8 18 à borea. Oportet tamen defectum paulò minorem apparuiſſe, eo quod diameter Solis maior eſſet diametro Lunæ ſcrup. 3. 40.

Convenit verò hìc etiam calculus Aſtronomicus cum Thucydidis annotatione, & proinde verum eſt quod nos ſupra ex Thucydide collegimus, ſeptimum annum Artaxerxis Longimani fuiſſe ducenteſimum nonageſimum primum annum à Nabonnaſſare. Quod nobis erat demonſtrandum.

Quod ab edicto Artaxerxis Longimani, de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, ad Chriſti *baptiſmum, ſint anni Hebræi ſolidi* 483 *& menſes decem.*

Caput X.

PERVENIMUS, Dei Opt. Maximi beneficio, ad poſtremam annorum mundi periodum, quæ eſt ab edicto Artaxerxis Longimani, de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, ad Domini noſtri Ieſu Chriſti baptiſmum. Continet hæc annos Hebræos ſolidos 483 cum menſibus decem. Edictum enim Artaxerxis Longi-
Eſd.7.6.8. mani prodiit anno ſeptimo ipſius imperii circa Æquinoctium vernale, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano 291, cum menſibus tribus, ut ſupra demonſtratum eſt. Chriſtus autem baptiſatus eſt, teſte D. Luca,
Luc.3.1. decimoquinto anno Tiberii, & quidem uno menſe poſt ſolſtitium brumale, hoc eſt, circa 25 diem Ianuarii, uti mox demonſtrabimus. Quarum Epocharum intervallum eſt annorum Hebræorum 483, & menſium decem. Collectionis huius veritas non obſcura erit, ſi duo demonſtrata fuerint. Primùm decimumquintum annum Tiberii fuiſſe annum à Nabonnaſſare Iulianum 775. Secundò Chriſtum eſſe baptiſatum

Digitized by Google

tiſatum, decimoquinto anno Tiberii, circa viceſimum quintum diem Ianuarii.

Quod ad primum attinet, teſtatur Cornelius Tacitus libro primo ſuæ hiſtoriæ, defectionem Lunæ totalem factam, viſamque eſſe in Pannonia tempore Autumni, ſexta ſeptimana poſt Auguſti obitum, duobus Sextis Pompeio & Apuleio conſulibus, itaque Tiberio Cæſare tunc imperium adepto. Annus ergo in quo hæc Eclipſis contigit erat primus annus Tiberii Cæſaris.

Evincit autem Aſtronomicus calculus, Eclipſin hanc contigiſſe anno à Nabonnaſſare Iuliano 761, & à vulgari Chriſti Epocha decimoquarto. Annus igitur Tiberii primus, eſt annus à Nabonnaſſare Iulianus 761, & à vulgari Chriſti Epocha decimuſquartus, quemadmodum docet ipſius Eclipſis calculus, quem ſubiicio.

Calculus Eclipſis Lunæ quæ facta eſt anno primo Tiberii Cæſaris, duobus Sextis conſulibus, 27 Septembris, tempore matutino.

A principio annorum Nabonnaſſaris ad hunc defectum Lunarem, numerantur anni Ægyptii pleni 761, dies 37, horæ ſub Goeſano Meridiano 16.0 apparenter, examinatim horæ 15 30, hoc eſt, Sexagenæ dierum 1 17 10, dies 2 38 45.

Sed à vulgari initio annorum Chriſti ad hanc Eclipſin, ſunt anni Iuliani pleni 13, menſes communes 8, dies 25, horæ 16.0 ſub Goeſano meridiano apparenter, ſed exactè horæ 15 43, hoc eſt, Sexagenæ dierum 1 23, dies 36, 38 15. Quibus debentur ſequentes motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	l.	ll.
Anomaliæ	0	17	34	11
Proſthaphæreſis ſubtrahenda			22	24

K 2 Solis

Solis.

	Sex.	gr.	′	″
Medius	3	3	15	34
Medius æquatus	3	2	53	10
Anomaliæ centri	0	1	38	57
Proſthaphæreſis centri ſubtrahenda.			8	15
Scrupula proportionalia			60	0
Apogæi medius	1	5	24	10
Apogæi medius æquatus	1	5	1	46
Apogæi verus	1	4	53	31
Anomaliæ verus	1	57	59	39
Proſthaphæreſis orbis ſubtrah.		2	10	31
Ergo Sol erat in grad.		0	42	39 ♈
Aſcenſio recta temp. 180 38.				

Lunæ.

	Sex.	gr.	′	″
Medius à Sole	2	53	33	13
Duplus	5	47	6	26
Proſthaphæreſis centri ſubtr.		1	44	9
Scrupula proportionalia			0	58
Anomaliæ medius	3	56	29	6
Anomaliæ medius æquatus	3	54	44	57
Proſthaphæreſis orbis addenda		4	15	55
Medius Lunæ æquatus	5	56	26	23
Ergo Luna erat in grad.		0	42	18 ♈
Latitudinis medius	4	24	7	48
Latitudinis verus	4	28	23	43
Ergo latitudo Lunæ auſtr. decreſcens			8	24
Semidiameter Lunæ			17	6
Semidiameter umbræ			46	37
Summa Semidiametrorum			63	43
Ablata latitudine Lunæ reſiduum eſt			55	19
Ergo digiti Ecliptici 19 25				
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ			54	41

Mor-

Motus horarius Lunæ à Sole 32 56
Ergo dimidia Eclipſis duravit horam 1. 41.

Propter differentiam meridianorum addenda ſunt in Pannonia ſcrupula horæ 54. Itaque medium Eclipſis in Pannonia viſum eſt horis à media nocte 4. 54, & initium horis à media nocte 3 13. Deſiit autem Eclipſis horis à media nocte 6 35, poſtquam Luna ſemiſſe horæ horiſontem ſubiiſſet. Laborabat igitur adhuc Luna cum occideret. Idque militum animos inprimis percellebat. Sperabant enim proſperè ceſſura quæ pergerent, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur, ut rectè à Tacito annotatum eſt, & contra dira ſibi portendi credebant, ſi Luna hebetata lumine maneret.

Hæc igitur eſt illa Eclipſis cuius Tacitus mentionem facit; quæ cum facta ſit anno à Nabonnaſſare Iuliano 761, & à vulgari Chriſti Epocha decimoquarto, in principio imperii Tiberii, conſequens eſt decimumquintum annum eſſe annum à Nabonnaſſare Iulianum 775, & à vulgari Chriſti Epocha 28. Addantur enim ad annum à Nabonnaſſare 761, anni pleni 14, fietque annus Tiberii decimuſquintus, annus à Nabonnaſſare 775. Vel adiice 14 annos plenos ad annum Chriſti vulgarem decimumquartum, eritque decimuſquintus annus Tiberii, vulgaris Chriſti annus vigeſimus octavus. Quod erat demonſtrandum.

Porro quod Chriſtus baptiſatus ſit decimoquinto anno Tiberii circa 25 Ianuarii, ex Euangelica hiſtoria hoc modo oſtenditur. Simulatque Chriſtus baptiſatus eſſet à Ioanne, expulſus eſt à Spiritu in deſertum, & tentatus ibi eſt à diabolo dies quadraginta. Marc. 1. 12 13. Finita verò omni tentatione profectus eſt ex deſerto in Galilæam, Luc. 4, 13 14. Sed antequam iret in Galilæam, reverſus eſt ad Ioannem Baptiſtam in Bethabara, ubi publicum teſtimonium ab eo accepit, quod eſſet filius ille Dei, Ioann. 1.29.&c. Effluxerunt ergo à baptiſmo Chriſti, ad ipſius reditum in Bethabara, ſeptimanæ quaſi ſex. Iejunium enim Chriſti habet dies quadraginta, eiuſque profectio à Ioanne in deſertum, & reditus ex deſerto ad Ioannem, ſaltem biduum. Hinc autem ad celebratas nuptias in Cana Galilææ tranſivit ſeptimana una. Nam poſtridiè illius diei quo Chriſtus redierat in Bethabara, accepit teſtimonium à Ioanne, quod eſſet agnus ille Dei qui tollit peccatum mundi; & ſequente die agnitus fuit Meſsias ab Andrea, & fratre ipſius Simone Petro. Ioann. 1, 41 42 43.

 Proxi-

Digitized by Google

Proximo poſt die cum vellet abire in Galilæam, vocavit Philippum, & Philippus adduxit Nathanaelem ad Chriſtum, Ioann. 1. 44 &c. Tertio inde die, qui fuit ſextus dies à teſtimonio Ioannis, interfuit Chriſtus nuptiis in Cana Galileæ, ubi aquam mutavit in vinũ, Ioan. 2. 1 &c. Celebratis verò nuptiis deſcendit Chriſtus Capernaum, ipſe, & mater, & fratres, & diſcipuli eius, manſeruntq́ue illic non multos dies, quia propè erat Paſcha Iudæorum. Ioann. 2, 12. Id tempus ſi ſtatuatur fuiſſe ſeptimanarum duarum, erunt à Chriſti baptiſmo ad primum diem Paſchatis, ſeptimanæ novem, hoc eſt dies 63. Incidebat verò primus dies Paſchatis eo anno in 28 diem Martii Biſextilis, ut ſequente libro probabitur. Itaque ſi à 28 die Martii retrorſum numerentur dies 63, cadet Baptiſmus Chriſti in diem Ianuarii vigeſimumquintum. Quod erat demonſtrandum.

Hæc vera eſt Epoche Baptiſmi Chriſti, quæ novendecim diebus poſterior eſt illa quam Epiphanius prodidit libro 2 contra Hæreſes, Tomo ſecundo. Vult enim Chriſtum eſſe Baptiſatum 6 die Ianuarii, eo ipſo die quo ante annos 30 fuerat natus. Sed valdè hallucinatur.

Primùm enim nec verum, nec veriſimile eſt, quod ipſe ſupponit, Ioannem Baptiſtam iniviſſe munus ſuum circa Calendas Ianuarias, & Chriſtũ ſexto poſt die eſſe baptiſatum. Enimverò qui potuit Hieroſolyma, &
Matth. 3. 5. omnis Iudæa intra ſex dies exire ad Ioannem, & ſimul ab eo inſtitui & baptiſari? Nam ſi expendantur quæ à Ioanne acta ſunt, ante Chriſti
Matt. 3. 7. baptiſmum cum turba, cum Phariſæis & Sadducæis, cum publicanis &
Luc. 3. 12. militibus, apparebit ea fuiſſe non ſex dierum acta, ſed aliquot ſeptima-
Ioann. 1. 19 narum, ut etiam docet noſter calculus.

Secundò non eſt Euangelicæ veritati conſentaneum, quod Epiphanius nativitatem Chriſti, atque ipſius baptiſmum confert in eundem
Luc. 3. 23. diem. Nam ſi verum eſt quod D. Lucas ſcribit, Chriſtum fuiſſe *quaſi* annorum triginta cum baptiſaretur à Ioannne, non poteſt eſſe verum quod Epiphanius vult, Chriſtum fuiſſe tunc annorum 30 *præciſè*.

Poſtremò cum à baptiſmo Chriſti ad nuptias in Cana Galileæ dies tantùm fluxerint 49, quemadmodum paulò ante ex Euangelica hiſtoria probavimus, neceſſe eſt Chriſtum interfuiſſe nuptiis, ex Epiphanii
Ioann. 2. 12 13. Hypotheſi, circa 24 diem Februarii. Notat autem Ioannes in Euangelica hiſtoria, Chriſtum cum à nuptiis veniſſet Capernaum, non manſiſſe ibi multos dies, quia propè erat Paſcha Iudæorum. Conſentaneum

Digitized by Google

neum ergo eſt, Chriſtum ſupra 9 dies non eſſe Capernai moratum, ut etiam habet noſtra ſupputatio. At verò ex Epiphanii Hypotheſi ſequitur, Chriſtum à nuptiis manſiſſe in urbe Capernaum, ſaltem dies 28; qui certè non fuerunt pauci dies, ut Ioannes ſcribit, ſed multi.

Acquieſcendum ergò eſt in noſtra præmiſſa ἀποδείξει, & firmiter ſtatuendum, Chriſtum baptiſatum eſſe à Ioanne decimoquinto anno Tiberii, circa 25 diem Ianuarii; & proin ab edicto Artaxerxis Longimani ad baptiſmum Chriſti, eſſe annos Iulianos 483, & menſes decem. Subducatur enim annus à Nabonnaſſare Iulianus 291 cum menſibus ferè tribus, ex anno à Nabonnaſſare Iuliano 775 & menſe ferè uno, & remanebunt anni Iuliani pleni 483, cum menſibus decem, qui tranſacti ſunt ab edicto Artaxerxis Longimani ad Chriſti baptiſmum. Quod erat nobis probandum.

De vaticinio ſeptuaginta hebdomadum Danielis, quo nona annorum mundi periodus confirmatur, & ſequentes aliquot Epochæ demonſtrantur.

Caput XI.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE ROMA

VATICINIUM Danielis de ſeptuaginta hebdomadibus, unum eſt ex præcipuis quæ leguntur in ſacra ſcriptura. Nam præterquam quod in eo plenè & perſpicuè tractatur, de redemptione noſtra per Chriſti mortem, definiuntur etiam in illo temporum articuli, in quibus & Chriſtus ingreſſus eſt Meſsiæ munus, & mortem quoque pro nobis in cruce guſtavit. Concurrunt igitur in hoc Danielis vaticinio, quæcunque in cæterorum prophetarum ſcriptis ſparſim reperiuntur. Nam quod D. Petrus de Prophetis veteris Teſtamenti teſtatur, inquiſiviſſe illos de ſalute noſtra, & gratiam illam in nos venturam prædixiſſe; denique ipſos ſcrutatos eſſe, in quem aut cujuſmodi temporis articulum, prænuncius ille Chriſti Spiritus, qui in ipſis erat, declararet eventuras Chriſti perpeſsiones, & gloriam illas ſequuturam, 1 Pet. 1. 10, 11.

hæc

hæc certè omnia & multa alia, in hoc uno Danielis vaticinio inveniuntur, & quidem magis perſpicuè, quàm in reliquorum Prophetarum vaticiniis. Digniſsimum igitur eſt hoc vaticinium, quod à nobis ſedulò diſcutiatur, idque vel eam ob cauſam, quod & confirmandæ nonæ annorum mundi periodo ſerviat, & ad demonſtrandum aliquot Epochas, quæ Chriſti baptiſmum ſequutæ ſunt, valdè idoneum ſit. Verba itaque ipſius vaticinii, quæ leguntur apud Danielem capite 9, verſu 24 & ſequentibus, ſunt hæc.

24. Septuaginta hebdomades deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem tuam ſanctam, ad claudendum ſcelus, & cohibendum peccatum, & expiandum iniquitatem, & adducendum juſtitiam æternam, & obſignandum viſionem & prophetam, & ungendum ſanctum ſanctorum.

25. Cognoſce igitur & intellige, ab exitu verbi de reſtituendis, & de ædificandis Hieroſolymis, uſque ad CHRISTUM ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duas, & reſtituetur, & reædificabitur platea & murus, idque in anguſtia temporum.

26. Et poſt hebdomades ſexaginta duas excidetur CHRISTUS, & omninò non erit; & urbem & ſanctuarium perdet populus ducis venturi, & finis eius in inundatione, & ad finem belli definita deſolatio:

27. Et confirmabit fœdus multis hebdomade una, & dimidia hebdomade ceſſare faciet ſacrificium & oblationem; & per alam abominationum deſolantem, etiam uſque ad conſummationem, eamque præciſam, in deſolatum ſtillabit.

Hæc ſunt quæ Angelus Gabriel Prophetæ Danieli revelavit, quo tempore inſtabat inſignis illa populi Iſraelitici, & urbis ſanctæ per Cyrum liberatio. Quæ ut commodiùs à nobis intelligantur, obſervanda ſunt in hoc Angeli vaticinio duo capita primaria. Primùm enim proponit Angelus Danieli ſummatim, quæcunque juſſus fuerat illi manifeſtare. Deinde ea ipſa per partes explicat.

Primum

Primum caput continetur his verbis, *Septuaginta hebdomades deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem tuam ſanctam, &c.* Quæ verba ſunt quaſi titulus, & ſumma totius vaticinii, & membris duobus conſtant. Primùm enim ſignificat Angelus Danieli, ſeptuaginta hebdomades dicisas eſſe ſuper ipſius populum & ſuper urbem eius ſanctam. Intelligit autem Angelus annorum, non dierum, hebdomades, puta quæ conſtant ex annis ſeptem, cuiuſmodi ſunt quæ in lege mandantur, Levitic. 25. 8. Senſus itaque eſt, ſepties ſeptuaginta annos, hoc eſt, annos 490, vel Iubilæos decem, à Deo definitos eſſe ſuper Iſraeliticum populum, & ſuper Hieroſolyma. Alludit verò Angelus ad ſeptuaginta annos captivitatis populi, & deſolationis Hieroſolymorum, quos Deus per prophetam Hieremiam prædixerat; docetque pro 70 illis annis, Deum definiiſſe ſeptuaginta annorum hebdomades, hoc eſt annos 490, quibus completis vera populi Iſraelitici, & urbis ſanctæ liberatio affutura ſit. Concedit itaque Angelus Prophetæ, liberationem illam quam tantoperè exoptabat, fuiſſe tum temporis præ foribus, ſed negat eam eſſe veram illam liberationem, quam Deus populo ſuo pollicitus fuerat per manum Meſsiæ. Retrahit igitur Angelus Prophetam à meditatione momentaneæ illius liberationis, & jubet eum animum intendere in conſequentes ſepties ſeptuaginta annos, ſive decem conſequuturos Iubilæos, quibus concludenda erant omnia Prophetarum vaticinia de Meſsia, & vera Eccleſiæ redemptio perficienda, & æternus Iubilæus in Eccleſiam inducendus, in quo vigeret peccatorum remiſsio & æterna juſtitia.

Hic ſenſus eſt verborum Angeli genuinus. Nam ita ſeipſe exponit Angelus in altero verſiculi membro, ubi docet, ſeptimanas illas ſeptuaginta deciſas eſſe, *ad claudendum ſcelus, & cohibendum peccatum, & expiandum iniquitatem, & adducendum juſtitiam æternam, & obſignandum viſionem & prophetam, & ungendum ſanctum ſanctorum.* Intelligit enim Angelus hoc eſſe à Deo decretum, ut tranſactis ſeptuaginta ſeptimanis, populus Iſraeliticus & urbs ſancta, veram atque æternam liberationem per Chriſtum conſequantur. Nam quæ hìc ab Angelo recenſentur beneficia, pertinent omnia ad redemptionem illam quam Ieſus Chriſtus hebdomade ſeptuageſima pro nobis præſtitit. In principio enim ſeptimanæ ſeptuageſimæ, unctus eſt ſanctus ille ſanctorum Ieſus Chriſtus Spiritu ſancto, in populi ſui Redemptorem. In medio verò illius ſeptimanæ, ſatisfecit pro nobis in cruce, & per mortem quidem ſuam

Rom. 4. 25 clauſit noſtrum ſcelus, cohibuit peccatum, expiavit iniquitatem; per reſurrectionem verò ſuam, æternam nobis juſtitiam reſtituit. In fine tandem ſeptimanæ ſeptuageſimæ, cum conſummaſſet omnia quæ de ſe ſcripta & præfigurata erant in lege & Prophetis, obſignavit viſionem & prophetam, hoc eſt, legi & propheticis viſionibus finem impoſuit, & ut Heb 8. 13. Autor ad Hebræos ſcribit, antiquavit vetus fœdus, & induxit novum. Manifeſtum igitur eſt ſeptuaginta illas ſeptimanas, quas Deus decidit ſuper Iſraeliticum populum, & ſuper urbem ſanctam, terminatas eſſe redemptione quæ facta eſt per mortem Chriſti. Apertus enim tunc eſt fons domui Davidis, & habitatoribus Hieroſolymorum, pro peccato, & pro ſeparatione ex immunditia. Zach. 13. 1.

Errant itaque toto cælo, qui ſeptuaginta has ſeptimanas finiunt populi Iſraelitici, & urbis ſanctæ excidio. Nam cum Angelus diſertè teſtetur, ſeptimanas illas definitas eſſe *ad claudendum ſcelus, & cohibendum peccatum, & expiandum iniquitatem, & adducendum æternam juſtitiam, & obſignandum viſionem & prophetam, & ungendum ſanctum ſanctorum,* luce clarius eſt eas ſeptimanas non eſſe à Deo definitas, ad perdendum populum Iſraeliticum, & ſanctam urbem delendum. Quia longè aliud eſt peccata remittere, & æternam juſtitiam adducere, quàm populum Iſraeliticum perdere, & urbem ſanctam delere. Debet ergo nobis eſſe certiſsimum quod Angelus hìc docet, ſeptuaginta illas ſeptimanas terminari redemptione populi Iſraelitici & urbis ſanctæ per mortem Chriſti.

Et hoc quidem primum eſt huius vaticinii caput. Sequitur alterum, in quo Angelus per partes explicat quæ generatim propoſuerat. Et primò quidem 25 verſiculo ita orditur. *Cognoſce igitur & intellige,* Quibus verbis Angelus Prophetam hortatur, ut ad ea quæ jam dicturus eſt animum advertat. Nam cum ipſi propoſitum eſſet varios rerum eventus, quæ ſeptuaginta illis ſeptimanis contingerent, Prophetæ manifeſtare, operæprecium fuit ipſum moneri, ut attentè Angelum audiret, quò dictata ipſius excipere, intelligere, animo recondere, & ſcriptis mandare poſſet.

Præmiſſa ergo hac exhortatione rem ipſam aggreditur Angelus, & pronunciat *ab exitu verbi de reſtituendis, & de ædificandis Hieroſolymis, uſque ad* CHRISTUM *ducem, ſeptimanas eſſe ſeptem, & ſeptimanas, ſexaginta duas.* Partitur Angelus tempus illud quod Deus præfixerat uſque ad perfectionem Eccleſiæ, in ſeptimanas ſeptem, ſexaginta duas, & unam,

nam, quæ ſimul aggregatæ conſtituunt ſeptimanas ſeptuaginta. Agit autem Angelus hoc verſiculo de ſeptimanis ſeptem, & de ſeptimanis ſexaginta duabus, primò conjunctim, deinde diviſim. Conjunctim agit Angelus cum dicit, ab exitu verbi de reſtituendis & ædificandis Hieroſolymis, uſque ad Chriſtum ducem, ſeptimanas eſſe ſeptem, & ſeptimanas ſexaginta duas. Intelligit enim ſeptimanas ſexaginta novem, quæ componuntur ex ſeptimanis ſeptem & ſexaginta duabus. Vt ſenſus ſit, ab exitu verbi de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, uſque ad Chriſtum ducem, ſeptimanas eſſe 69, hoc eſt annos 483.

Definit ergò hic Angelus duas inſignes Epochas, quæ ſcitu neceſſariæ ſunt, ad vaticinium de ſeptuaginta hebdomadibus probè intelligendũ. Prima Epoche eſt initii 70 hebdomadum. Quæ rectè præmittitur, quia omnia eventuum tempora, quæ in hoc vaticinio recenſentur, ab illa dependent. Alligat autem Angelus hanc Epochen *ad exitum verbi de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis*, hoc eſt ad edicti promulgationem, in quo Iſraelitis data eſt poteſtas, tum reſtituendi tum ædificandi Hieroſolyma. Extant autem in ſacris literis tria Regum Perſiæ & Mediæ edicta valdè inſignia. Primum Cyri, de reducendo populo Iſraelitico in patriam, & de templo Hieroſolymis exſtruendo. Eſdr. 1. 1 &c. Alterum Darii Hyſtaſpidæ, de reſumenda templi ſtructura, quæ per annos aliquot à vicinis hoſtibus impedita fuerat, Eſdr. 6. 1. Tertium Artaxerxis Longimani, de reſtituendo Hieroſolymis Eccleſiaſtico & politico ſtatu per Eſdram legiſperitum, Eſd. 7, 1 &c. Et de ædificandis Hieroſolymorum muris per Nehemiam Regis Pincernam, Nehem. 2. 1. &c. Porro inter hæc nullum eſt quod cum Angeli deſcriptione convenit, quam edictum Artaxerxis Longimani. Cyrus enim & Darius Hyſtaſpis edicta promulgarunt de ædificando templo, non autem de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis. At Artaxerxes Longimanus utrumque publicavit, atque etiam effecit: primum quidem per Eſdram, alterum per Nehemiam. Quamobrem res ipſa clamat ſeptuaginta Danielis hebdomades initium ſumere à primo Darii Longimani edicto, quod extat in libro Eſdræ capite ſeptimo. Demonſtratum verò à nobis eſt capite nono huius libri, Artaxerxem Longimanum emiſiſſe hoc edictum anno ſeptimo ſui imperii, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare Iuliano ducenteſimo nonageſimo primo, circa Æquinoctium vernale. Itaque ab eo anno, & ab eo anni tempore, ſeptuaginta hebdomades Danielis inchoandæ ſunt.

Digitized by Google

Hæc prima eſt Epocha quam Angelus hoc loco definit. Altera eſt Chriſti ducis vel principis, quæ inivit cum Chriſtus inauguraretur Eccleſiæ ſuæ dux vel princeps. Id factum eſt anno Tiberii Cæſaris XV, cum Chriſtus baptiſaretur à Ioanne. Tunc enim Spiritus ſanctus deſcendit corporea ſpecie tanquam columba ſupra Chriſtum, & vox de cœlo exſtitit dicens, *Tu es filius meus ille dilectus, in te acquieſco.* Chriſtus itaque tunc unctus eſt à Spiritu ſancto, & à Patre inauguratus eſt Eccleſiæ ſuæ Princeps & Rex, juxta vaticinium Davidis Pſal. 2, 6. 7. Numerat verò Angelus ab edicto Artaxerxis Longimani de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, uſque ad Chriſtum ducem, ſeptimanas ſexaginta novem, hoc eſt, annos ſolidos 483, & menſes ferè decem, quemadmodum capite decimo oſtendimus. Quamobrem ſi ad annum à Nabonnaſſare 291, quando edictum Artaxerxis Longimani prodiit, addantur anni pleni 483 cum menſibus ferè decem, cadet initium Principatus Chriſti in annum à Nabonnaſſare Iulianum 775, ſicuti etiam ſuperiori capite, ex ſacris literis, & cœli converſionibus demonſtravimus.

Luc. 3. 1. &c.

Sed hæc quidem ſunt quæ Angelus de ſeptimanis ſeptem, & de ſeptimanis ſexaginta duabus conjunctim agit, hoc eſt, de ſeptimanis ſexaginta novem. De ſeptimanis verò ſeptem, ita inquit Angelus, *& reſtituetur & reædificabitur platea & murus, idq; in anguſtia temporum.* Significat autem, mandatum Artaxerxis Longimani de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis non fore vanum, quia ſeptem primarum ſeptimanarum ſpacio, id eſt, annis quadraginta novem, Hieroſolyma reſtituenda ſint, plateaque & murus reædificandus, quanquam non ſine multis moleſtiis, quæ populo Iſraelitico tunc eventuræ ſunt. Veritatem porro prædictionis huius libri Eſdræ & Nehemiæ luculenter probant. Septimo enim anno Artaxerxis Longimani, cum ſeptuaginta ſeptimanæ inirent, Eſdras legiſperitus juſſu Regis cum ingenti comitatu prefectus eſt Hieroſolyma, ad reſtituendum Eccleſiaſticum & politicum ſtatum; incubuitque ei operi per annos tredecim, nimirum à ſeptimo anno Artaxerxis Longimani uſque ad vigeſimum. Vigeſimo autem anno Nehemias Legatus Regis venit Hieroſolyma, ad inſtaurandum muros & plateas Hieroſolymorum. Et muros quidem urbis inſtauravit quinquaginta dierum ſpacio, ſed in urbe exſtruenda & civium numero augendo, aliiſque rebus præſtandis quæ ad populi & urbis incolumitatem ſpectabant, occupatus fuit totos annos duodecim, puta à vigeſi-

Eſd. 7. 1. &c.

Nehem. 8. 1. &c.

Nehem. 2. 1. &c.

à vigeſimo anno Artaxerxis Longimani,uſque ad annum triceſimum ſecundum,Nehem 13.6. Eo autem anno ad Regem reverſus eſt,manſitq; apud ipſum uſque ad finem annorum,hoc eſt,quadrageſimum,vel ultimum annum imperii Artaxerxis Longimani; qui fuit annus ſextus quintæ ſeptimanæ: ac tum impetrata iterum à Rege venia, rediit Hieroſolyma, ubi invenit maximam Reipubl. à ſe conſtitutæ confuſionem; quam reliquis annis quindecim uſque ad finem ſeptimæ ſeptimanæ emendavit. Reſtituta igitur & reædificata ſunt Hieroſolyma ſeptem hebdomadum ſpacio,iiſque labentibus non pauca populo Iſraelitico mala à vicinis gentibus illata ſunt, & ſancti ſæpè conatus Eſdræ,& Nehemiæ fruſtrati fuerunt, haud aliter quàm hìc ab Angelo fuit prædictum.

Agit verò Angelus ſequente verſiculo de ſeptimanis ſexaginta duabus,quæ inivèrunt à fine ſeptimanæ ſeptimæ. *Et poſt ſexaginta duas ſeptimanas* (inquit) *excidetur* CHRISTUS, *& omninò non erit*. In quo dicto Angelus duo docet;primùm Chriſtum excidendũ eſſe poſt ſeptimanas ſexaginta duas,hoc eſt,Chriſtum per mortem è medio eſſe tollendum cum tranſactæ fuerint à fine ſeptimanæ ſeptimæ, ſeptimanæ ſexaginta duæ. Non putat enim Angelus ſexaginta duas ſeptimanas à principio ſeptimanæ primæ(ut ante monui)ſed à fine ſeptimæ:ut ſenſus ſit,Chriſtum moriturum eſſe ſeptimana ſeptuageſima. Non definit igitur Angelus hìc annum in quo Chriſtus moriturus ſit, ſed ſeptimanam tantùm: ſequente verò verſiculo ipſum annum mortis Chriſti præciſè determinat,quemadmodum eo loco videbimus.

Sed & alterum hic docet Angelus,nimirum quod Chriſtus poſt ſexaginta duas ſeptimanas *omninò non erit*, hoc eſt quod per mortem ita tolletur ex hominnm medio, ut inter viventes locum habiturus non ſit. Sic enim Ieſaias ipſe huic dicto interpres eſt,capite 53.8,ubi dicit,*Chriſtum ſuccidendum eſſe è terra viventium*. Quod certè impletum eſt,cum Chriſtus guſtata morte,non modò ſepultus,ſed ab hoſtibus quoque ſepulchro incluſus eſt, ne amplius in terra viventium conſpiceretur.

Annectit tandem Angelus ad mortem Chriſti,vaticinium de deſtructione Hieroſolymorum & templi,per exercitum Imperatoris Romani. Idque valde appoſitè. Nam cum ſacerdotes & totus populus Iudaicus Chriſtum excidiſſent, triumphum agebant de ipſius morte tanquam de re benè geſta. Operæpretium igitur fuit hoc adjungi, ut Iudæi ſcirent hanc impietatem non ceſſuram eſſe ipſis impunè, quia vindicta mox inſtaret. Prædicit ergo Angelus, quod, *& urbem & ſan-*

Matth. 27. 66.

 ctua-

Digitized by Google

ctuarium perditurus ſit populus ducis venturi. Hoc eſt, quod Exercitus Romani Imperatoris venturi, deleturus ſit Hieroſolyma cum templo funditùs. Eſt enim Angelo *Dux populi venturus*, Imperator Romanorum Titus Veſpaſianus, qui urbem & templum cepit armata manu, eaque funditus evertit. *Populus* verò *Ducis venturi*, eſt ipſe populus Romanus, cuius manu Iudæi fuerunt debellati, & Hieroſolyma cum templo capta & ſolo æquata. Itaque ſenſus vaticinii eſt, Titum Veſpaſianum Romani exercitus Imperatorem venturum eſſe, poſtquam Chriſtus Hieroſolymis à Iudæis exciſus fuerit, & omninò perditurum eſſe tum Hieroſolyma, tum templum Hieroſolimitanum.

Qualis autem & quanta ea deſtructio futura ſit, Angelus duplici ratione declarat. Primùm enim dicit quod *finis eius*, puta Imperatoris Romani, *erit in inundatione*, vel *in diluvio*; hoc eſt, Imperatorem Romanum cum toto ſuo exercitu, irruiturum eſſe in urbem & templum, inſtar diluvii, quod vi ſua inundat & ſternit omnia. Secundò docet Angelus, *quod ad finem belli definita erit deſolatio*; id eſt, hoc eſſe à Deo definitum, ut Iudæi, confecto à Romanis bello, penitus vaſtentur, & perdantur. Eripit igitur Angelus hoc verbo Iudæis omnem ſpem, ut ſciant ſibi certò eſſe pereundum, quia ita à Deo ſit definitum.

Atque hæc quidem ſunt quæ Angelus 26 verſiculo vaticinatur, tum de morte Chriſti, tum de Hieroſolymorum & templi deſtructione per Romanos, quæ fuſiùs explicantur ſequente verſiculo; in quo Angelus agit, de ſeptimana ſeptuageſima. Et primùm quidem docet, quid Chriſtus ſeptimana ſeptuageſima facturus ſit; deinde quid Iudæis poſt ſeptuaginta ſeptimanas eventurum ſit. Primum membrum proponit his verbis, *Et confirmabit fœdus multis hebdomade una, & dimidia hebdomade ceſſare faciet ſacrificium, & oblationem.* In quibus verbis Angelus duo notat quæ Chriſtus ſeptimana ſeptuageſima facturus ſit.

Primum eſt, quod *confirmabit fœdus multis hebdomade una*, hoc eſt, quod ratum facturus ſit Dei fœdus tota ſeptimana ſeptuageſima multis ex Iſraelitico populo, ſed non ex gentibus. Nam ut ſeptimanæ ſeptuaginta deciſæ ſunt ſuper Iſraeliticum populum & ſuper urbem ſanctã, non autem ſuper Gentes, ita etiam confirmatio fœderis per Chriſtum ſeptimana ſeptuageſima, deciſa eſt ſuper Iſraeliticum populum & ſuper urbem ſanctam, non autem ſuper Gentes. Nec ſine cauſa. Nam etſi Chriſtus ſeptimana ſeptuageſima redemerit per mortem ſuam, tam Gentes, quàm Iudæos, Ioann. 11.52; tamen quia Iudaicæ genti primo loco fuit

fuit promiſſus, & quodammodo peculiariter deſtinatus Servator, conſentaneum fuit ut fœdus Dei confirmaret primo loco Iſraelitico populo, ſecundo Gentibus. Dubium verò non eſt quin Chriſtus id plenè præſtiterit tota ſeptimana ſeptuageſima. Enimverò in principio ſeptuageſimæ ſeptimanæ, promulgavit populo Iſraelitico annum acceptũ Domino, in quo & peccata ipſis remitterentur, & ipſi manumitterentur ex ſervitute Satanæ in veram libertatem filiorum Dei, Ieſ. 61. 1. Luc. 4. 18. In medio ſeptimanæ, cum Chriſtus perficeret redemptionis opus in cruce, non modò oravit pro Iudæis, Luc. 23. 34, ſed & mortuus eſt pro illis, Ioann. 11. 51. 52. Peracto tandem redemptionis opere, cum reſurrexiſſet à mortuus, obtulit per Apoſtolos Hieroſolymorum urbi & populo Iudaico, redemptionis beneficia, quæ ipſis acquiſiverat per mortem ſuam; Idque conſtanter fecit ad exitum uſque ſeptimanæ ſeptuageſimæ. Currente verò ſeptimana ſeptuageſima, neque Chriſtus gratiam ſuam Gentibus obtulit, neque permiſit Apoſtolis, ut eam vel Samaritanis vel Gentibus offerrent, Matth. 10, 5. 6. & 15, 24, Quare palam eſt Chriſtum tota ſeptimana ſeptuageſima multis ex populo Iſraelitico confirmaſſe Dei fœdus, minimè verò ex Gentibus.

Addit verò Angelus alterum quod Chriſtus ſeptimana ſeptuageſima facturus ſit, nempe quod *dimidia ſeptimana ceſſare faciet ſacrificium & oblationem*. Quo verbo docet, Chriſtum per mortem ſuam aboliturum eſſe omnia veteris Teſtamenti ſacrificia, & totum cultum legalem. Nam ſola mors Chriſti fuit efficax ad ſacrificia & figuras legales abolendum, ſicuti Apoſtolus docet in epiſtola ad Hebræos capite nono, & decimo. Abrogavit autem Chriſtus revera per mortem ſuam omnia ſacrificia & oblationes legales. Simulatque enim in cruce exſpiraſſet, aulæum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo uſque ad imum, Matth. 27. 51. Quo ſymbolo Chriſtus teſtatus, eſt ſe morte ſua aboleviſſe omnia ſacrificia, & omnes cultus legales. Nam quamdiu durabat umbratilis Iudæorum cultus, velum oppoſitum erat terreno ſanctuario: ſciſſo autem velo, abrogatæ ſunt ceremoniæ legales, omniſque veteris teſtamenti uſus ſublatus, & via nobis ad cœleſte ſanctuarium patefacta eſt.

Porro & tempus definit Angelus in quo Chriſtus ſacrificia & oblationes legales, per mortem ſuam abrogaturus ſit, nimirum *dimidia ſeptimana* ſeptuageſima, hoc eſt anno quarto eiuſdem ſeptimanæ. Erat is annus ab edicto Artaxerxis Longimani 487, ſed à Nabonnaſſare 777.

re 777. Edictum enim Artaxerxis Longimani promulgatum eſt anno à Nabonnaſſare 291, uti ſupra demonſtratum eſt capite nono. Itaque ſi ad hunc annum addantur ſeptimanæ ſexaginta novem, cum unius ſeptimanæ ſemiſſe, hoc eſt anni 486, cadet medium ſeptimanæ ſeptuageſimæ in annum a Nabonnaſſare 777, in quo Angelus Chriſtum moriturum eſſe dicit, & per mortem ſuam, finem impoſiturum ſacrificiis & oblationibus legalibus. Id verò etiam eo anno factum eſt. Nam anno 775 à Nabonnaſſare Iuliano, qui fuit decimuſquintus annus Tiberii Cæſaris, & viceſimus octavus Chriſti vulgaris, Ieſus Chriſtus baptiſatus eſt à Ioanne Baptiſta circa 25 diem Ianuarii, quemadmodum oſtenſum eſt capite præcedente. Atqui à baptiſmo Chriſti ad ipſius paſsionem, D. Ioannes tria tantum paſchata numerat; primum capite ſecundo verſiculo 13: alterum capite ſexto verſiculo 4; tertium decimotertio capite verſ. 1. Conſequitur igitur inter Chriſti baptiſmum & ipſius paſsionem intercedere ſolidum biennium cum menſibus quaſi tribus, & proinde Chriſtum eſſe mortuum anno à Nabonnaſſare 777, Tiberii Cæſaris decimoſeptimo, & Chriſti vulgari triceſimo. Quod prorſus convenit cum Angeli vaticinio.

Adducit poſtremò Angelus, in altero verſiculi membro, vaticinium de urbis & templi deſtructione per Romanos, quod ſuperiori etiam verſu propoſuerat. Ita enim totum hunc tractatum de ſeptuaginta ſeptimanis concludit, *& per alam abominationum deſolantem, etiam uſq; ad conſummationem, eamq; præciſam in deſolatum ſtillabit*. Alam hoc loco ſumit Angelus pro exercitu, ut Ieſai. 8. 8. *Alam* autem *abominationum deſolantem* appellat exercitum populi Romani, qui quòd idolis ſerviret rectè dicitur ala abominationum, & quia populum Iſraeliticum deſolavit, rectè dicitur ala deſolans. Significat igitur Angelus cladem illam quam ſuperiori verſiculo urbi & ſanctuario comminatus eſt à duce populi venturo, hoc eſt, ab exercitu Titi Veſpaſiani abominando & deſolante, ſtillaturam eſſe in populum Iſraeliticum deſolatum, inſtar pluviæ continuæ, dònec tota ferè gens Iſraelitica, cum urbe & templo, prorſus exciſa fuerit, ſic enim eſſe à Deo definitum. Atque ita etiam interpretatur hoc vaticinium D. Lucas 21 capite ſui Euangelii. Nam quod apud Matthæum & Marcum dicit Chriſtus, fore ut Iudæi videant abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto ubi non oportet, ſic interpretatur Lucas, cum videritis Hieroſolyma ab exercitibus cingi. Prædicit itaque Ange-

Matt. 24 15. Marc. 13 14. Luc. 21. 20

Angelus hoc loco horrendum illud Dei judicium, quod in Iſraeliticum populum, & Hieroſolymorum urbem à Deo immiſſum eſt, quo tempore Titus Veſpaſianus totam ferè Iſraeliticam gentem perdidit. Quod factum eſt anno Chriſti vulgari ſeptuageſimo, hoc eſt 40 annis poſt Chriſtum à Iudæis interfectum, ſicuti mox demonſtrabimus.

Atque hæc quidem ſunt quæ Angelus vaticinatur hoc verſiculo, tum de redemptione populi Iſraelitici per Chriſtum ſeptimana ſeptuageſima, tum de urbis & populi excidio 40 annis poſt. In quibus tres temporum articuli diligenter obſervandi ſunt, quos Angelus hoc verſiculo definit, qui maximi momenti ſunt in calculo Chronologico ſacro.

Primùm enim determinat Angelus initium Principatus Chriſti, idque unum facit cum principio fœderis confirmandi. Nam verſu 25 numerat Angelus ab edicto Artaxerxis Longimani ad Chriſtum Principem, ſeptimanas ſexaginta novem, hoc eſt annos 483; hoc autem verſiculo confert Angelus initium confirmandi fœderis in principium ſeptimanæ ſeptuageſimæ, hoc eſt, in annum ab edicto Artaxerxis Longimani 484. Orditur igitur Angelus & Principatum Chriſti, & fœderis confirmationem, ab uno eodemque anno. Nec ſine cauſa. Nam eo ipſo tempore quo Chriſtus inauguratus eſt Eccleſiæ ſuæ Princeps, cœpit etiam obire Meſsiæ munus, Matt. 3. 16. 17, & Matth. 4. 1. Inivit igitur Chriſtus & Principatum ſuum, & fœderis Dei confirmationem, anno ab edicto Artaxerxis Longimani 484, qui fuit annus à Nabonnaſſare 775 Iulianus, & Tiberii Cæſaris decimuſquintus, & Chriſti vulgaris viceſimuſoctavus, quemadmodum paulò ante oſtendimus.

Secundò definit Angelus tempus mortis Chriſti, idque tribuit in medium ſeptimanæ ſeptuageſimæ, hoc eſt, in annum ab edicto Artaxerxis Longimani 487. Chriſtus igitur mortuus eſt ſecundùm Angeli vaticinium, anno ab edicto Artaxerxis Longimani 487, qui fuit annus à Nabonnaſſare 777, & Tiberii Cæſaris decimus ſeptimus, & Chriſti vulgaris triceſimus.

Tertiò deſignat Angelus finem fœderis confirmandi, eumque confert in ſeptimanam ſeptuageſimam exeuntem. Chriſtus enim confirmavit fœdus multis ex Iſraelitico populo ſeptimana una, & incepit illud confirmare in principio ſeptimanæ ſeptuageſimæ: oportet igitur idem plenè confirmaverit in fine ſeptimanæ ſeptuageſimæ. Ergo Chriſtus obſignavit fœdus anno ab edicto Artaxerxis Longimani 491, qui fuit

annus à Nabonnaſſare 781, & Tiberii Cæſaris viceſimusprimus, & Chriſti vulgaris triceſimusquartus. Quod certè cum Hiſtoria ſacra exactè convenit. Conſtat enim ex Apoſtolorum actis, Stephanum Protomartyrem ſubiiſſe martyrium, ſub principium prædicationis Euangelii, cum Diſcipuli multiplicarentur, Act. 6. 1. Paulus verò aliquamdiu poſt vocatus eſt à Chriſto Apoſtolus & doctor gentium, Act. 8. 1, & 9. 1. &c. Itaque veritati conſentaneum eſt, Paulum à Chriſto vocatum eſſe, anno quaſi uno poſt mortem Chriſti, hoc eſt anno à Nabonnaſſare 778, & Chriſti vulgari triceſimo primo. Teſtatur verò ipſe Paulus in Epiſtola ad Galatas, ſe tribus poſt annis rediiſſe Hieroſolyma ut viſeret Petrum, & manſiſſe apud eum dies quindecim, atque inde profectum eſſe in regiones Syriæ & Ciliciæ, atque ibi gentibus prædicaſſe Euangelium. Addit etiam Eccleſias Iudææ ſuper eo Deum glorificaſſe. Solido igitur quadriennnio poſt mortem Chriſti, obſignatum eſt fœdus antiquum, quod pertinuerat ad Iudæos, & inchoatum eſt novum, in quo Gentibus data eſt à Deo reſipiſcentia in vitam æternam. Quinimò & Petrus ſub idem tempus per viſionem à Chriſto edoctus fuit, quod Gentes pertinerent ad Eccleſiæ ſocietatem. Vnde etiam expreſſo Spiritus mandato ad Cornelium hominem Ethnicum profectus eſt, ut illi & omnibus qui cum eo coacti erant ex Gentibus, Euangelium prædicaret. Cœpit igitur vocatio Gentium quinto anno à morte Chriſti, cum jam completæ eſſent ſeptimanæ ſeptuaginta, hoc eſt anno à Nabonnaſſare 781, & Tiberii Cæſaris viceſimoprimo, & Chriſti vulgari triceſimoquarto, omnibus modis ut ab Angelo definitum eſt.

Gal. 1. 18. &c. — *Act. 11. 18* — *Act. 10. 1 &c.*

Et hos quidem temporum articulos Angelus præciſè determinat. Quartum verò, qui eſt de urbis & templi excidio per Romanos, Angelus non definit, ſed ſola prædictione eventus contentus eſt. Tradunt autem Clemens Alexandrinus, Egeſippus, Euſebius, Chryſoſthomus, Hieronymus, & alii multi, Hieroſolyma cecidiſſe annis quadraginta poſt Chriſti mortem. Idque longè veriſſimum eſt. Teſtatur enim Ioſephus libro de bello Iudaico VII capite X, Hieroſolyma à Romanis capta, & everſa eſſe, ſecundo anno Cæſaris Veſpaſiani, qui fuit annus Chriſti ſeptuageſimus. Chriſtus verò exciſus eſt anno vulgaris Epoches triceſimo, ut ſupra probavimus. Intercedunt igitur inter mortem Chriſti & excidium Hieroſolymitanum, anni ſolidi 40. Quod nobis erat probandum.

Atque

Atque ita demonſtrata ſunt tempora omnia, quæ in hoc Danielis vaticinio proponuntur. Ex quibus liquidò conſtat, quàm verum ſit quod Ioſephus ſcribit libro Antiquitatum Iudaicarum X, cap. ultimo. Libri, inquit, quos Daniel Propheta conſcriptos reliquit, etiam nunc apud nos leguntur; qui nobis certam fidem faciunt, quod Deus cum eo colloquia miſcuerit. Non ſolùm enim, inquit, futura prædixit, quemadmodum alii Prophetæ, verùm etiam tempus quo eventura eſſent præfiniit. Et cum alii Prophetæ calamitates prædicerent, ideoque malam gratiam apud Reges, & multitudinem vulgarem inirent, hic bonarum rerum vates fuit, ut propter fauſtam quidem ominationem, benevolentiam omnium ſibi conciliaret; propter eventuum verò certitudinem, fidem ſibi apud univerſum mortalium genus compararet. Et certè hæc ita eſſe ut Ioſephus ſcribit, præſens hoc Danielis vaticinium evidenter probat. Nam & eventus omnes qui in eo prædicuntur, & tempora eventuum ita adimpleta ſunt, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin Deus ipſe vaticinii huius Autor fuerit.

Eſt igitur hoc Danielis vaticinium, inter omnia Prophetarum vaticinia quodammodo primarium, & valdè idoneum ad revincendum Iudæos, qui negant Meſsiam dum veniſſe. Nam cum ex præſenti vaticinio conſtet, ab edicto Artaxerxis Longimani ad Chriſtum Principem, eſſe ſeptimanas ſexagintanovem, hoc eſt annos 483, iique jam ante annos 1596 completi ſint, fruſtra eſt quod Iudæi Meſsiæ adventum hodiè exſpectent, cum ante ſexdecim ferè ſecula ad illos venerit, & ſeipſum Genti eorum palam exhibuerit, & fœdus Dei ſeptennium integrum multis ex illis confirmaverit. Admonendi potius ſunt ut huic vaticinio fidem habeant, & Chriſti primum adventum in mundum nobiſcum agnoſcant, Chriſto manus dent, & Chriſtianiſmo acquieſcant, & blaſphemare deſinant, ne peccata peccatis accumulando, theſauriſent ſibi iram in diem iræ, & patefactionis juſti judicii Dei. *Rom. 5. 2.*

Hucuſque, qua potui brevitate & perſpicuitate, totum Danielis vaticinium de ſeptuaginta hebdomadis expoſui, eiuſque veritatem ex eventibus apertè demonſtravi. Subiicio nunc Epilogi loco Epochen, veram nativitatis Chriſti, quæ commodè oſtenditur, tum ex ſuperiori vaticinio, tum ex nona annorum mundi periodo, aliiſque circumſtantiis, quæ in Euangelica hiſtoria notantur.

Digitized by Google

De vera Epocha nativitatis CHRISTI.

Caput XII.

HISTORIAM noviſsimorum temporum Euangeliſtæ ordiuntur à nativitate IESU CHRISTI filii Dei. Nam quia Deus tunc eſt manifeſtatus in carne, & verus Emmanuel prodiit in mundum, ad liberandum humanum genus ex Diaboli ſervitute, cœperunt etiam tunc fælicia illa tempora, quæ à Patriarchis & Prophetis fuerunt optata, & quæ Angeli ſummo cum gaudio & jubilo exceperunt. Simulatque enim Chriſtus natus eſſet in urbe David, totus cœleſtium exercituum chorus hunc cantum verè cœleſtem modulatus eſt, dicens, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, & erga homines beneplacitum.* Porro cum Deus, pro ſumma ſua bonitate, etiam nos ad fælicia iſta tempora perduxerit, gaudiumque quod Angelus Paſtoribus euangeliſavit Chriſto nato, ad nos quoque pertineat, quia & nobis natus eſt Servator, Dominus noſter Ieſus Chriſtus in civitate David, æquum profectò eſt nos probè tenere eum temporis articulum, à quo omnis noſtra fælicitas originem duxit, ne qui nos profitemur Chriſtianos eſſe. in Hiſtoria Chriſti Domini noſtri peregrinari videamur. Hac de cauſa ſubiicio veram nativitatis Chriſti æram, quæ etſi à vulgari multum diſtet, atque etiam ab illis, quas noſtri ſeculi Chronologi hucuſque prodiderunt, eſt tamen longe veriſsima, quia & ſacræ ſcripturæ, & vetuſtiſsimorum Patrum traditionibus prorſus conſentanea eſt, uti mox videbimus.

Nam quod ad ſacram ſcripturam attinet, teſtatur D. Lucas in Euangelio, Chriſtum, fuiſſe quaſi triginta annorum *cum inciperet*, puta obire Meſsiæ munus. Nam vox ἀρχόμενος non refertur ad ætatis Chriſti annos triginta, ſed ad munus quod Chriſtus tunc ingreſſus eſt. Cœpit enim Chriſtus primùm facere & docere, cum baptiſatus eſſet à Ioanne, *Act. 1. 1.* Et ut Petrus teſtatur *Act. 1. 21. 22*, Chriſtus cœpit intrare & exire inter Apoſtolos, hoc eſt munere ſuo inter illos fungi, à baptiſmo Ioannis, ἀρξάμενος, inquit, ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου. Quamobrem

Digitized by Google

obrem cum Divus Lucas ſcribit, *καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος*, nihil aliud vult quàm Chriſtum fuiſſe quaſi annorum triginta cum inciperet obire Meſsiæ munus.

Porro cum ex hoc ſcripturæ loco definitum habeamus ætatis Chriſti annum cum baptiſaretur à Ioanne, licet etiam ex illo certò colligere nativitatis Chriſti annum. Demonſtratum enim eſt in nona annorum mundi periodo Chriſtum baptiſatum eſſe à Ioanne anno à Nabonnaſſare Iuliano 775, vel à vulgari Chriſti æra vigeſimooctavo, qui fuit annus ab urbe condita 780, & ab Imperio Iulii 73. Idque etiam ex vaticinio Danielis probavimus capite præcedente. Subducantur igitur anni triginta de anno baptiſmi dato, & remanebit annus nativitatis Chriſti, à Nabonnaſſare 745, ab urbe condita 750, & à Iulio Cæſare 43. Quod erat nobis probandum.

Hæc prima eſt demonſtratio, quæ tota pendet à ſacra ſcriptura. Sequitur altera, quæ partim ex ſacra ſcriptura deſumpta eſt, partim ex traditionibus Patrum. Scribit enim D. Lucas in Euangelio, Chriſtum natum eſſe Bethleemi, cum Cæſar Auguſtus edictum promulgaſſet de deſcribendo toto terrarum orbe: additque per exegeſin, *hanc primam deſcriptionem eſſe factam, Præſide Syriæ Cyrenio.* Quæ verba nonnulli ita interpretantur, acſi Cyrenius fuiſſet Syriæ Præſes cum Chriſtus Bethleemi naſceretur. Sed valdè hallucinantur. Conſtat enim ex Ioſepho, Cyrenium, vel Quirinium proconſulem, miſſum eſſe à Cæſare Auguſto in Syriam, ut cenſum ibi ageret, poſtquam Archelaus relegatus eſſet in exilium, quod fuit anno à morte Herodis decimo, & à pugna Actiaca triceſimoſeptimo; ita enim ſcribitur libro Antiquitatum Iudaicarum XVIII, capite I & III. Atqui D. Matthæus teſtatur Chriſtum natum eſſe Herode ſuperſtite. Matth. 2. 1. Itaque fieri non poteſt ut Cyrenius tunc fuerit Præſes Syriæ, eo quod ſolido novennio ab Herodis morte eam provinciam ſuſcepit. Quamobrem cum D. Lucas ſcribit *hanc primam deſcriptionem eſſe factam Præſide Syriæ Cyrenio*, non intelligit Chriſtum eſſe natum, cum Quirinius Præſes eſſet Syriæ, ſed deſcriptionem illam quæ mandato Cæſaris Auguſti ſub Chriſti nativitatem fuerat inchoata, decimo poſt anno peractam eſſe, cum Quirinius unà cum Coponio ab Auguſto Cæſare in Syriam mitteretur, ut Iudæos armata manu cogeret cenſum Cæſari pendere. Incidit igitur Chriſti nativitas in Cæſaris Auguſti deſcriptionem, quæ facta eſt præſide Syriæ

Luc 2. 1. 2.

Quintilio Varo. Erat enim Quintilius Varus Syriæ præſes, tum anno Herodis ultimo, tum Archelai primo, teſte Ioſepho lib. Antiquit. XVII cap. VII & XII.

Porro quoto Auguſti anno hæc deſcriptio per totum terrarum orbem facta ſit, exotici Scriptores non meminerunt, ſed Eccleſiaſtici teſtantur id contigiſſe anno Imperii Auguſti quadrageſimo ſecundo, ita enim ſcribunt Euſebius, Epiphanius, Paulus Oroſius, & Eutropius.

Clemens autem Alexandrinus vetuſtiſsimus Chriſtianiſmi Scriptor, ſcribit omnium vetuſtiorum hanc fuiſſe ſententiam, quod Chriſtus natus ſit viceſimooctavo anno Actiacæ victoriæ.

Maximus Monachus & Cedrenus teſtantur Chriſtum natum eſſe quadrageſimotertio anno Iulii, cum litera dominicalis eſſet F.

Denique Caſsiodorus ſcribit Chriſtum natum eſſe ſub Conſulibus *Cornelio Lentulo, & M. Valerio Meſſala.* Quæ omnia cadunt in annum ab Vrbe condita 750, quo Chriſtum natum eſſe ſupra demonſtravimus.

Primùm enim annus quadrageſimus ſecundus Auguſti eſt, annus ab Vrbe condita 750. Nam Iulius Cæſar confoſſus eſt in Curia Pompeii à ſexaginta conjuratis, anno ab Vrbe condita 709, idibus Martiis, & ſtatim illi ſucceſsit C. Octavius Auguſtus Cæſar. Addantur igitur ad annum ab Vrbe condita 709 anni ſolidi 41, & cadet quadrageſimus ſecundus Auguſti annus in annum ab Vrbe condita 750.

Secundò annus viceſimus octavus Actiacæ victoriæ, eſt annus ab Vrbe condita 750. Pugna enim Actiaca commiſſa eſt, teſte Dione & Varrone, anno ab Vrbe condita 723. Adjiciantur igitur ad annum ab Vrbe condita 723 anni pleni 27, fietque annus vigeſimusoctavus Actiacæ victoriæ, annus ab Vrbe condita 750.

Tertiò annus Iulii Cæſaris quadrageſimus tertius, eſt annus 750 ab Vrbe condita. Primus enim annus Iulii fuit annus ab Vrbe condita 708, quo Conſules fuerunt *C. Iulius Cæſar Dictator quartò, & Q. Fabius Maximus.* Ad quem ſi addantur anni ſolidi 42, incidet quadrageſimus tertius annus Iulii in annum ab Vrbe condita 750.

Quarto annus ab Vrbe condita 750. habebat Cyclum Solis 7; Nam annus ab Vrbe condita 753 quo Chriſtus natus creditur, habuit Cyclum Solis 10. Ergo dominicalis litera anno ab Vrbe condita 750 erat F.

Poſtre-

Poſtremò ex faſtis Conſularibus liquet, Conſules eiuſdem anni fuiſſe *C. Cornelium Lentulum*, *&* *M. Valerium Meſſalam*. Quamobrem cum hæc omnia Patrum teſtimonia cadant in annum ab Vrbe condita 750, luce clarius eſt Chriſtum natum eſſe Bethleemi anno ab Vrbe condita 750, omnibus modis ut ſupra etiam eſt demonſtratum.

Atque ita duplici ἀποδείξει à nobis oſtenſum eſt, Chriſtum natum eſſe anno à Nabonaſſare 745, ab Vrbe condita 750, à Iulio Cæſare 43, ab Auguſto Cæſare 42, ab Actiaca pugna 28, ſolido triennio ante vulgarem Chriſti Epochen, cum Cyclus Solis eſſet 7, & litera dominicalis F.

De menſe verò & natali die Domini noſtri Ieſu Chriſti, Eccleſiaſtici Scriptores variant. Auguſtinus enim, Paulus Oroſius, Chryſoſthomus & Maximus Monachus, volunt Chriſtum natum eſſe 8 Calend. Ianuar. *quando primùm incrementa omnia anni vertentis incipiunt*, ut inquit Oroſius.

At Ægyptiacæ Eccleſiæ, quibus olim prima laus fuit in temporum & motuum Cœleſtium diligenti obſervatione, ſtatuerunt Chriſtum natum eſſe ſexto die Ianuarii, in quo feſtum Epiphaniæ celebratur.

Idque etiam ſenſit Epiphanius. Ita enim ſcribit Tomo primo, libro 2. Attamen (inquit) undequaque undecima Tybi menſis, hoc eſt, ante octavum Iduum Ianuarii, quæ eſt quinta Ianuarii menſis ſecundùm Romanos, Domini facta eſt in carne nativitas. Vbi tamen pro undecimo menſis Tybi, legendus eſt dies 17 Tybi, quia Aſtronomicus calculus docet, ſextum diem Ianuarii eo anno quadraſſe ad 17 Tybi, minimè verò ad undecimum.

Epiphanio adſtipulatur Oroſius libro III, tomo II, ubi ſcribit non licere jejunare in die Epiphaniorum, quando natus eſt in carne Dominus. Quanquam tamen is alibi aliter ſcripſerit, ut ſupra indicavimus.

Chryſoſthomus quoque etſi ſenſerit Chriſtum natum eſſe in Solſtitio hyberno, non damnavit tamen aliam ſententiam. Nam in Sermone de nativitate Domini ita inquit. Alii putant quod in Epiphaniis naſcitur Dominus; non damnamus aliorum opinionem, noſtram ſequimur doctrinam. Nos ergo dicimus quod hodiè Chriſtus natus eſt, in Epiphaniis renatus.

Denique hoc ipſum cenſuerunt veteres Latini Theologi. Nam Gloſſa

Gloſſa ordinaria in caput ſecundum libri Eſther, ubi legitur, *Ducta eſt igitur Eſther ad cubiculum Regis Aſſueri, menſe decimo, qui vocatur Tebeth*, ita habet. Tebeth apud Hebræos, Audinæus apud Græcos, apud Latinos eſt Ianuarius, in quo Dominus eſt incarnatus, à Magis adoratus, & myſticis muneribus eſt honoratus, in quo etiam à Ioanne baptiſatus eſſe creditur.

Ex quibus teſtimoniis apparet, hanc eſſe vetuſtiſsimam & probatiſſimam ſententiam de natali die Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod Chriſtus natus ſit ſexto die Ianuarii, in quo hodie Epiphaniæ feſtum celebratur. Convenit enim hæc ſententia cum ſacra hiſtoria. Quod adeò perſpicuè (favente Deo) ex Ephemeriarum calculo ſequente libro demonſtrabimus, ut nemo in poſterum cauſam habiturus ſit, de Chriſti natali anno, vel die dubitandi.

Oſtendi igitur nunc per Dei gratiam, omnes temporum articulos, qui ad Syſtema Chronologicum ſacrum conſtituendum ſunt neceſſarii. Hoc unum ſupereſt, ut iidem temporum Articuli, jam debitè inter ſe connectantur, quò certam habeamus annorum mundi ſeriem, à primà rerum origine ad excidium Hieroſolymitanum ultimum. Ita enim licebit hiſtoriam ſacram annis ſuis diſtinguere, eamque ad caculi Chronologici examen revocare, quotieſcunque neceſſum erit.

SERI-

SERIES ANNORVM MVNDI,

à mundi primordio, ad devaſtata per Romanos Hieroſolyma, ex duodecim temporum articulis concinnata.

1. A prima rerum origine ad diluvium incipiens, ſunt anni Hebræi ſolidi 1655½.

			Anni mundi pleni à Thiſri.
Nam ab Adam ad Seth ſunt anni	130	Geneſ. 5. 3.	130
A Seth ad Enos	105	Geneſ. 5. 6.	235
Ab Enos ad Cainan	90	Geneſ. 5. 9.	325
A Cainan ad Mahalaleel	70	Geneſ. 5. 12.	395
A Mahalaleel ad Iered	65	Geneſ. 5. 15.	460
A Iered ad Henoch	162	Geneſ. 5. 18.	622
Ab Henoch ad Mathuſalah	65	Geneſ. 5. 21.	687
A Mathuſalah ad Lamech	187	Geneſ. 5. 25.	874
A Lamech ad Noah	182	Geneſ. 5. 28.	1056
A Noah ad diluvium incipiens	599½	Geneſ. 7. 11.	1655½
Summa annorum	1655½		

2. Ab incipiente diluvio ad egreſſum Abrahæ ex Charan, ſunt annni Hebræi pleni 368.

			Anni mundi pleni à Niſan.
Nam ab incipiente diluvio, ad finitum, eſt annus	1	Geneſ. 8. 14.	1656
A fine diluvii ad Arphaxad	2	Geneſ. 11. 10.	1658
Ab Arphaxad ad Selah	35	Geneſ. 11. 12.	1693
A Selah ad Heber	30	Geneſ. 11. 14.	1723

Digitized by Google

Ab Heber ad Peleg	34	Geneſ. 11.16.	1757
A Peleg ad Regu	30	Geneſ. 11.18.	1787
A Regu ad Serug	32	Geneſ. 11.20.	1819
A Serug ad Nahor	30	Geneſ. 11.22.	1849
A Nahor ad Therah	29	Geneſ. 11.24.	1878
A Therah ad Abraham	70	Geneſ. 11.25.	1948
Hinc ad egreſſum eius ex Charan	75	Geneſ. 12.4.	2023
Summa annorum	368		

3. Ab exitu Abrahæ ex Charan, ad Iſraelitarum exodum, ſunt anni Hebræi pleni 425.

			Anni mundi pleni à Niſan.
Nam ab egreſſu Abrahæ ex Charan ad nativitatem Iſaac ſunt anni	25	Geneſ. 21.5	2048
Hinc ad nativitatem Iacob	60	Gen. 25.25	2108
Atque hinc rurſus ad deſcenſum eius in Ægyptum	130	Geneſ. 47.9	2238
Inde ad mortem Ioſeph	71	Gen. 41.46	2309
A morte Ioſeph ad Moſem	59	& 50.26	2368
A Moſe ad Exodum Iſraelitarum	80	Exod. 7.10	2448
Summa annorum	425		

4. Ab exodo Iſraelitarum, ad fundatum templum Solomonicum, ſunt anni Hebræi pleni 479, 1. Reg. 6.1.

			Anni mundi pleni à Niſan
Nam ab Exodo Iſraelitarum ad obitum Moſis ſunt anni	40	Deut. 34.7	2488
Inde ad mortem Ioſua	17		2505
Hinc judicavit Iſraelem Othoniel, annis	40	Iud. 3.11	2545
Aod	80	Iud. 3.30	2625
Debora	40	Iud. 5.31	2665

Gedeon

Gedeon	40	Iud.8.28	2705
Abimelech	3	Iud.9.22	2708
Thola	23	Iud.10.2	2731
Iair	22	Iud.10.3	2753
Iephte	6	Iud 12.7	2759
Abeſan	7	Iud.12.8	2766
Elon	10	Iud.12.12	2776
Abdon	8	Iud.12.13	2784
Simpſon	20	Iud.16.31	2804
Heli	40	1.Sam.4.18	2844
Samuel & Saul	40	Act.13.21	2884
Hinc David regnavit annis	40	1.Reg.2.11	2924
Dein Solomon ad fundatum templũ	3	1.Reg.6.1	2927
Summa annorum	479		

A fundato templo Solomonis ad caſum Sedechiæ, ſunt anni Hebræi integri 428.

			Anni mundi pleni à Niſan.
Nam à fundato templo Solomonis, ad ipſius obitum ſunt anni	37	1.Reg.11.42	2964
Inde regnavit Rehabeam annis	17	1.Reg.14.21	2981
Abia	3	1.Reg.15. 2	2984
Aſa	41	1.Reg.15.10	3025
Ioſaphat	25	1.Reg.22.42	3050
Iehoram	8	2.Reg.8.16.17	3058
Ahaſias	1	2.Reg. 8.26	3059
Athalia	6	2.Reg.11. 3	3065
Ioas	40	2.Reg.12. 2	3105
Amaſias	29	2.Reg.14. 2	3134
Vſias,qui & Aſarias	52	2 Reg.15.2	3186
Iotham	16	2.Reg.15.33	3202
Achas	16	2.Reg.16.2.	3218
Ezechias	29	2.Reg.18.2	3247

Digitized by Google

Manaſſe imperfectis 55, perfectis	54	2.Reg.21.1.	3301
Amon	2	2.Reg.21.19	3303
Ioſias	31	2.Reg.22.1.	3334
Ioachas menſibus tribus		2.Reg.23.31	3334
Ioiachim annis	11	2.Reg.24.1	3345
Iechonias menſibus tribus		2.Reg.24.10	3345
Sedechias XI annis imperfectis perfectis	10	2.Reg.25.2	3355
Summa annorum	428		

6. A caſu Sedechiæ, ad reditum Iudæorum in patriam, ſunt anni Hebræi ſolidi 70.

Anni mundi pleni à Niſan. 3425.

Nam Sedechias venit in poteſtatem Chaldæorum anno 19 Nebucadnezaris, Ier. 52. 12. Iudæi verò reverſi ſunt ex captivitate Babilonica in patriam, primo anno Cyri Regis Perſidis, Eſd. 1. 1. Erat autem 19 annus Nebucadnezaris annus à Nabonnaſſare 141, & primus annus Cyri erat annus à Nabonnaſſare 211, qui inter ſe diſtant annis ſolidis 70. Itaque vaſtitas Hieroſolymorum duravit annos plenos 70. Vide plenam demonſtrationem ſupra Cap. VII.

7. A reditu Iudæorum in patriam, ad mandatum Darii Hyſtaſpis de templo redintegrando, ſunt anni Hebræi pleni 17.

Anni mundi pleni à Niſan. 3442.

Nam edictum Darii Hyſtaſpis promulgatum eſt anno ſecundo ſui Imperii, Secundus verò annus Darii Hyſtaſpis fuit annus 228 à Nabonnaſſare; et primus annus Cyri fuit annus à Nabonnaſſare 211. Qui inter ſe diſtant annis ſolidis 17. Vide VIII caput huius libri.

8. A

8. A mandato Darii Hyſtaſpis de templo redintegrando, ad edictum Artaxerxis Longimani de reſtituendis & ædificandis Hieroſolymis, ſunt anni Hebræi pleni 63.

Edictum enim Artaxerxis Longimani exivit ſeptimo anno ſui Imperii, fuitque annus à Nabonnaſſare 291. Secundus verò annus Darii Hyſtaſpis, fuit annus à Nabonnaſſare 228. Quorum intervallum eſt annorum plenorum 63. Vide cap. IX huius libri.

Anni mundi pleni à Niſan. 3505

9. Ab edicto Artaxerxis Longimani, de reſtituendis & ædificandis Hieroſolymis ad CHRISTI baptiſmum, ſunt ſeptimanæ annorum ſexagintanovem, hoc eſt anni Hebræi pleni 483⅙. Dan. IX. 25.

Edictum enim Artaxerxis Longimani exivit, anno à Nabonnaſſare 291, circa Æquinoctium vernale. Chriſtus verò baptiſatus eſt 15 anno Tiberii Cæſaris, 25 die ianuarii, hoc eſt, anno à Nabonnaſſare 775, duobus menſibus ante Æquinoctium vernale. Diſtant igitur hi temporum articuli inter ſe annis plenis 483⅙. Vide caput X, & XI huius libri.

Anni mundi pleni à Niſan. 3988⅙

COROLLARIUM.

Ergo CHRISTUS natus eſt, anno Iphiti 774, ab urbe condita 750, a Nabonnaſſare 745, a Julio Cæſare 43, ab Auguſto Cæſare 42, ab Actiaca victoria 28, ſolido triennio ante vulgarem CHRISTI æram.

Anni mundi pleni à Niſan. 3958½

Vide caput XII huius libri

10. Ab edicto Artaxerxis Longimani de reſtituendis

& de ædificandis Hieroſolymis, ad abrogatas per CHRISTI mortem ceremonias legis, ſunt ſeptimanæ annorum ſexaginta novem, cum ſeptimanæ ſemiſſe, hoc eſt, anni pleni Hebræi 486, cum anni parte. Daniel. 9. 27.

Nam ſermo Artaxerxis Longimani prodiit anno à Nabonnaſſare 291, circa Æquinoctium vernale. Et Chriſtus exciſus eſt anno à Nabonaſſare 777, 15 die Niſan poſt Æquinoctuim vernale. Differentia igitur temporum, eſt annorum Hebræorum plenorum 486, cum diebus 15, id eſt, cum anni parte.

Anni mundi pleni à Niſan.
3991

---

11. Ab edicto Artaxerxis Longimani, de reſtituendis & de ædificandis Hieroſolymis, ad confirmatum fœdus antiquum de adoptione Iudæorum, & inchoatum novum de adoptione Gentium, ſunt integræ annorum ſeptimanæ 70, hoc eſt anni Hebræi ſolidi 490. Dan. 9. 27.

Edictum enim Artaxerxis Longimani exivit anno à Nabonnaſſare 291. Petrus verò & Paulus divinitus moniti, cœperunt Gentibus publicè annunciare Euangelium anno à Nabonnaſſare 881. Itaque ab edicto Artaxerxis Longimani ad vocationem Gentium, intercedunt anni Hebræi pleni 490. Vide caput XI huius libri.

Anni mundi pleni à Niſan.
3995

---

12. A CHRISTI morte ad excidium Hieroſolymitanum ultimum, ſunt anni Hebræi ſolidi 40½.

Nam Chriſtus exciſus eſt anno æræ vulgaris XXX, 15 die Niſan. Hieroſolyma verò exciſa ſunt anno LXX, circa menſem Thiſri.

Anni mundi pleni à Thiſri.
4032

Quo-

Digitized by Google

Quorum temporum intervallum eſt annorum Hebræorum plenorum $40\frac{1}{2}$. Vide Ioſephum de bello Iudaico libro VII capite XVIII.

Et his quidem duodecim temporum articulis univerſa *Chronologia ſacra continetur*. Nihil enim in tota hiſtoria ſacra legitur, quod non ad unum aliquem ex his duodecim articulis referri poſsit. Quanta autem horum articulorum certitudo ſit, demonſtrationes docent quibus unumquemque articulum munivimus. Conſtruximus illas vel ex ſacris literis, vel ex Cœli converſionibus, quibus nihil poteſt eſſe certius. Itaque de articulorum noſtrorum certitudine, non eſt quod quis dubitet. Nobis equidem licebat his eſſe contentos, & *Chronologiæ noſtræ ſacræ* hîc finem imponere: Verum quia Spiritus ſanctus non paucis mundi annis, vel unum, vel plures Characteres in ſacra hiſtoria impreſsit, ex quibus commodè agnoſci poſſunt, volui quoque hos omnes in medium afferre, eoſque cum ſuperiore noſtra Chronologica ſupputatione conferre, ut etiam per illos confirmetur calculi noſtri veritas. Sed hæc quidem ſequente libro nobis erunt præſtanda. Itaque hîc finem facio.

Pars ſupereſt cœpti, pars eſt exhauſta laboris,
Hîc teneat noſtras anchora jacta rates.

CHRO-

CHRONOLOGIAE SACRÆ LIBER III.

De annis mundi qui charactere notantur in ſacra ſcriptura, vel alia Hiſtoria.

TEMPUS quod à mundi conditu fluxit, ad excidium Hieroſolymitanum ultimum, complectitur annos Hebræos plenos 4032. Nam ut ſuperiore libro demonſtravimus.

1.	A mundi conditu ad diluvium incipiens ſunt anni Hebræi pleni	1655½.
2.	Ab incipiente diluvio ad emigrationem Abrahæ ex Charan	368.
3.	Ab emigratione Abrahæ ex Charan ad Iſraelitarũ Exodũ	425.
4.	AbExodo Iſraelitarum ad jacta fundamenta templi	479.
5.	A fundato templo ad caſum Sedechiæ	428.
6.	A caſu Sedechiæ ad reditum Iudæorum in patriam	70.
7.	A reditu Iudæorum in patriam ad edictum Darii Hyſtaſpis	17.
8.	Ab edicto Darii Hyſtaſpis, ad edictũ Artaxerxis Longimani	63.
9.	Ab edicto Artaxerxis Longimani ad Chriſtum exciſum	486.
10.	A Chriſto exciſo ad exciſa Hieroſolyma per Romanos	40½
	Summa annorum eſt	4032.

Quanquam verò hæc ſumma annorum ſit longè certiſsima, tamen quia Chronologi omnes, qui ſcripſerunt ante nos, ſaltem quorum ſcripta vi-

ta videre nobis contigit, hos articulos aliter definiunt, putavi me factururum eſſe operæprecium, ſi annos mundi omnes, qui aliquo charactere notantur in ſacris literis, vel alia hiſtoria, ad calculi Chronologici examen revocarem, oſtenderemque eoſdem characteres ineſſe illis. Hinc enim perſpicuum evadet, calculum Chronologicum, quem ſuperiore libro propoſui, adeo certum eſſe, ut non modò in annis, verùm etiam in menſibus & diebus, cum veritate hiſtorica conſentiat.

Hoc porro opus, valdè arduum, impræſentiarum aggredior, duce veritate, & Auſpice Deo Opt. Max. quem ſupplex oro, ut Spiritu me ſuo in omnem veritatem ducat, propter Ieſum Chriſtum filium ſuum dilectum, ad Nominis ſui gloriam, & Eccleſiæ ſuæ ædificationem.

De primo anni mundi, eiuſque triplici charactere.

Caput I.

MVNDUM, quem Spiritus ſanctus appellat cœlum & terram, creatum eſſe à Deo in temporis primordio, teſtatur Moſes capite primo Geneſios, ubi ſcribit, *Deum in principio creaviſſe cœlum & terram*, Geneſ 1. 1. Significat enim Deum condidiſſe cœli & terræ informem molem in temporis principio, vel ut Baſilius interpretatur ἐν ἀρχῇ κατὰ χρόνον. Docet verò Moſes paulò poſt, hoc temporis principium fuiſſe veſperam diei primi, à qua tenebræ & nox prima mundi cœperunt, duraveruntque uſque ad mane ſequens. Tunc enim Deus potente ſuo verbo ex tenebris eduxit lucem, quam continuavit ad ſecundi diei veſperam, adeò ut ex veſpera, & ex mane, factus ſit dies mundi primus, Geneſ. 1, 2. 3. 4. 5.

Porro quotus ſeptimanæ dies fuerit, hic dies mundi primus, docet Moſes capite ſecundo Geneſios, ubi ſcribit, Deum ſex primis mundi diebus, perfeciſſe cœlum & terram, & omnem exercitum eorum, & quieviſſe die ſeptimo ab omni opere quod fecerat, Geneſ. 2. 1. 2. Indicat enim ſeptimum illum diem fuiſſe diem Sabbati, hoc eſt, ſeptimanæ

Digitized by Google

diem ultimum. Oportet igitur primum diem mundi fuiſſe primæ ſeptimanæ diem primum, qui hodie appellatur dies Solis, & in ſacris literis dicitur *dies Dominicus*, eo quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus eo die reſurrexit ex mortuis. Apoc. 1. 10. Marc. 16. 9.

Sed & idem dies, fuit primus dies anni primi. Moſes enim ſupputat annos vitæ Adami à ſexto die mundi, in quo Deus creavit hominem ad ſimilitudinem ſuam, Geneſ. 5. 1. Conſentaneum igitur eſt annos mundi ſupputari à primo die mundi, in quo Deus cœpit mundum condere. Quare & hoc indubitatum eſt, quod primus dies mundi fuerit primus dies anni primi.

Poſtremò hic ipſe dies, fuit primus dies menſis primi. Nam quia annus componitur ex menſibus, neceſſe eſt unum idemque fuiſſe anni & menſium principium. Atqui menſes in mundi primordio duxerunt initium à primo die Thiſri, qui tunc erat & anni & menſium principium, quemadmodum demonſtravimus libro primo, capite 6, & capite 2 libri ſecundi. Oportet itaque primum diem mundi initium duxiſſe à primo die menſis Thiſri.

Ita verò demonſtratum eſt, primum diem mundi fuiſſe primum diem ſeptimanæ primæ, & primum diem menſis primi, & primum diem anni primi. Videndum nunc eſt an calculus Chronologicus, quem ſuperiore libro propoſuimus, hos tres characteres exhibeat in primo anno mundi. Hinc enim de calculi noſtri veritate, & certitudine, judicare licebit.

Oſtenſum igitur à nobis eſt, quod à creatione mundi, ad excidium Hieroſolymitanum ultimum, tranſierint anni ſolidi Hebræi 4032. Fuerunt autem Hieroſolyma exciſa anno Chriſti vulgari LXX, quemadmodum probavimus antecedente libro, capite XI. Itaque ab Æquinoctio Autumnali in primo anno mundi, ad Æquinoctium Autumnale in primo anno Chriſti vulgari, ſunt anni pleni Hebræi 3963. Detrahantur enim anni pleni 69 ex annis plenis 4032, & reliqui erunt anni pleni 3963, qui intercedunt inter Æquinoctium Autumnale in primo anno mundi, & Æquinoctium Autumnale in primo anno Chriſti vulgari.

Sunt autem totidem anni Iuliani pleni inter primum diem Ianuarii, qui mundi conditum anteceſsit, & primum diem Ianuarii in primo an-

Digitized by Google

mo anno Chriſti vulgari, iiſque debetur motus Solis medius Sex. 0. 30. 13 8, & Lunæ à Sole, Sexag. 2. 56 19 30, ſicuti oſtendimus libro primo Chronologiæ noſtræ capite 8. At verò in meridie Calendarum Ianuarii, in primo anno Chriſti vulgari, motus Solis medius erat Sexagen. 4 38 27 57, & Lunæ à Sole, Sexag 3 35 0 28. Subductis igitur ex his Epochis, motu Solis & Lunæ medio annorum 3963, relinquitur medius motus Solis in meridie Calendarum Ianuarii, quæ mundi conditum anteceſſerunt, Sexag. 4. 8 14 49, & Lunæ à Sole, Sexag, 0. 38 40 58. Hinc autem datur medius motus Solis 24 die Octobris eiuſdem anni, Sexag. 2 59 59 56; & Lunæ à Sole die Octobris 20, Sexag. 5. 58 22 52. Erat igitur 24 die Octobris Æquinoctium Autumnale medium, & 20 Octobris Novilunium medium, & proinde 21 dies Octobris erat primus dies Thiſri.

Quoniam autem Cyclus Solis eodem anno erat 23, & litera dominicalis G, palam eſt 21 diem Octobris fuiſſe feriam primam, vel diem dominicum, habet enim 21 dies Octobris in Calendario Iuliano communi adſcriptam ſibi literam dominicalem G.

Concurrunt igitur in anno mundi Iuliano 3964 ante vulgare Chriſti initium tres characteres, quos Spiritus ſanctus impreſsit anno primo mundi. Nam 21 dies Octobris erat primus dies primæ hebdomadis, & primus dies menſis primi, & primus dies anni primi. Itaque dubium non eſt, quin annus mundi 3964 ante Chriſti vulgare initium, ipſiſsimus ſit annus, in quo mundus à Deo creatus eſt.

Apparet ex hac demonſtratione, quàm certus ſit annorum mundi computus, quem ſuperiore libro ex ſacris literis, & cœli converſionibus oſtendimus; & contra quàm malè Chronologi omnes, qui ante nos rationem annorum mundi iniverunt, creationis mundi annum definierint. Nullus enim Chronologorum eſt, qui non diverſum annum à noſtro ſtatuerit. Atqui & ſacræ ſcripturæ calculus, & cœli motus, & triplex ille character quo Spiritus ſanctus primum annum mundi à cæteris diſtinxit, valdiſsimè evincunt, mundum non alio anno à Deo eſſe conditum, quàm 3964 ante vulgarem Chriſti Epochen. Itaque in hoc anno nobis deinceps erit acquieſcendum.

Accedit huc quod calculus Aſtronomicus apertè doceat, Solem quarto die mundi (in quo Moſes Solem & Lunam conditos eſſe teſtatur, Geneſ. 1.16.) fuiſſe ipſo meridie in ſectione Autumnali præciſè.

O 2 Datur

Datur enim tunc motus Solis medius ex noſtris tabulis, Sexag. 2. 59 59 56. Notum verò eſt ex Aſtronomiæ elementis, initium Solaris motus eſſe ab Æquinoctiali ſectione, Solemque illuminare ex illa totum terrarum orbem: Itaque & rationi & veritati conſentaneum eſt, Solem, cum quarto die mundi à Deo crearetur, conſtitutum eſſe in ſectione Æquinoctiali, ut & curſus ſuos ab illa inchoaret, & totam terram ex illa illuſtraret. Quæ etiam ratio calculum noſtrum Chronologicum egregiè confirmat.

Satis itaque ſuperque à nobis jam comprobatum eſt, annum 3964 ante vulgare initium Chriſti, ipſiſsimum eſſe annum, in quo mundus à Deo conditus eſt. Subiicio itaque nunc Epochas mediorum motuum Solis & Lunæ, ad annum 3964 Iulianum ante vulgare Chriſti initium, ut ſequentium annorum motus inde deriventur. Nam etſi Solis & Lunæ loca retrorſum numerari poſsint à vulgari Chriſti Epocha, quemadmodum docuimus libro primo capite 8, majore tamen compendio à mundi Epocha deducuntur.

Eſt autem mundi Epocha duplex, Hebræa, & Iuliana. Hebræa initium ſumit à primo die mundi, in cuius meridie (aſſumpta longitudine temporum 78, vel Meridiano Syriæ) motus Solis medius erat, ſex. 2. 57. 2. 30: & Lunæ à Sole ſexag. 0. 10 34 19.

Iuliana verò Epoche incipit à Calendis Ianuarii, quæ primum diem mundi ſequutæ ſunt diebus 73, fuitque tunc medius motus Solis in meridie, ſexag. 4. 8. 0 30: & Lunæ à Sole, ſexag. 2 48 18 20. Itaque ab his Epochis loca Solis & Lunæ deinceps numerabimus, ſaltem cum anni mundi dabuntur, qui Chriſti Epochen antecedunt.

Quoniam verò & Cyclus Solis in iiſdem annis à primo anno mundi Iuliano commodiſsimè ſupputatur, ideo & Cyclum Solarem in ſequentibus annis ab eodem anno deducemus. Erat autem Solis Cyclus anno primo mundi Iuliano 24, & litera dominicalis F. Addantur igitur ad annum mundi Iulianum plenum datum 24, & ſumma dividatur per 28; quo facto, quod à diviſione reſtabit, monſtrabit illius anni Cyclum, & in tabella Cycli, literam dominicalem.

Poſtremò ut hiſtoria creationis melius intelligatur, addo Ephemeridem primæ mundi ſeptimanæ, tum in forma anni Hebræi, tum in forma anni Iuliani, & ſingulorum dierum opera, paucis & perſpicuè ex Moſe perſtringo.

Ephe-

Digitized by Google

Ephemeris primæ mundi ſeptimanæ, ad annum ante vulgare CHRISTI *initium 3964, qui ſecundus fuit ab intercalari, & Cyclum Solis habuit 24, & literam Dominicalem G.*

Dies mundi.	*Dies Thiſri.*	*Dies Octob.*	*Feria hebdomadæ.*	
Primus	1	21	G	Dies Solis.
Secundus	2	22	a	Dies Lunæ.
Tertius	3	23	b	Dies Martis.
Quartus	4	24	c	Dies Mercurii.
Quintus	5	25	d	Dies Jovis.
Sextus	6	26	e	Dies Veneris
Septimus	7	27	f	Dies Saturni.

Ita inter ſe cohærebant dies anni Hebræi,& dies anni Iuliani, in prima mundi hebdomada, anno ante vulgare initium Chriſti 3964.

Primo autem die mundi, cum veſpera iniret, creavit Deus cœli & terræ rudem & informem maſſam,in qua erant duo elementa palpabilia confuſa, terra informis, quæ in medio maſſæ tanquam in abyſſo deliteſcebat, & aqua,quæ totam maſſam ambiebat. Superficiei verò aquarum incubabat Dei Spiritus, qui molem illam confuſam fovebat & conſervabat, & tenebræ erant in ſuperficie abyſsi uſque ad mane primum. Dixit enim tunc Deus, *Eſto lux*, & fuit lux, duravitque ea uſque ad veſperam diei ſecundi, Geneſ. 1,verſ.1,2,3,4,5.

Secundo die creavit Deus expanſum, quo congeriem aquarum in partes duas diſtinxit, unamque supernè ſtatuit, alteram infernè terræ circumfuſam reliquit. Inter quas medium diffudit aërem Geneſ. 1, verſ.6.7. Vocavit autem Deus illud expanſum cœlum,Gen.1,8.

Tertio die collegit Deus inferiores aquas in adſignatum ſibi alveum, eaſque littoribus tanquam clauſtris obſtruxit. Terram verò multis locis detexit, & aridam reddidit. Geneſ. 1. 9. 10. Mox tamen potente ſuo verbo illam ita fœcundavit, ut produceret herbulas, herbas ſementantes ſemen in ſpecies ſuas, & arbores ædentes fructus, in quibus eſt ſemen in ſpecies ſuas, Geneſ. 1. 11. 12.

Quarto die creavit Deus Solem & Lunam, reliquaque ſydera, & collocavit ea in exſpanſo cœli, & ſingulis certum eius lucis modum impertivit, quam primo die mundi creaverat: ut ex eorum ratis curſibus, annorum, menſium, dierum, & noctium ratio conſtaret. Geneſ. 1, 14, 15, 16, 17, 18.

Quinto die effecit Deus, ut aquæ quæ adhuc erant mortuæ vivos fœtus citò ebullirent, & ut aër alitibus vacuus, mox illis repleretur. Creavit enim Deus cetos maximos, & omne genus piſcium natantium in aquis. Creavit etiam omne volucrium genus in ſpecies ſuas, & fœcunditatem illis verbo ſuo infudit, ut quotidiè fructificarent, Geneſ. 1. 20, 21, 22.

Sexto die creavit Deus primò animantia, & beſtias tum gradientes, tum etiam ſerpentes in terra: ac tum denique conſultationem ſuſcepit de condendo homine, cæteris naturis præſtantiſsimo, creavitque illum ad imaginem ſuam; marem, inquam, & fæminam creavit illos, benedixitque illis ut fœtificarent, augeſcerent, implerent terram, atque eam ſibi ſubjicerent, & dominarentur in piſces maris, & in volucres cœli, & in omnes beſtias reptantes ſuper terram. Geneſ. 1, 24, 25 &c.

Septimo die quievit Deus ab omni opere quod ſex diebus fecerat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit ipſum, quod in illo quieviſſet ab omni opere ſuo quod creaverat Deus ut faceret. Geneſ. 2. 2. 3.

Hæc ſunt quæ de primo anno mundi, & prima ipſius hebdomada, deque ſingulis illius diebus hoc loco nobis dicenda fuerunt. Pergo nunc ad annum diluvii, qui proximus eſt annorum mundi, qui charactere ſignatur in ſacra hiſtoria.

De anno Diluvii, eiuſque charactere.

Caput II.

A PRI-

A Primo die mundi ad primum diem diluvii, Spiritus ſanctus numerat annos Hebræos ſolidos 1655, cum menſibus ſeptem & diebus ſeptendecim, quemadmodum ſuperiore libro à nobis demonſtratum eſt. Comprobanda nunc eſt ſupputationis noſtræ veritas, ex charactere, quo Spiritus ſanctus diluvii annum notare voluit. Scribit enim Moſes ſeptimo capite Geneſios, Deum ſeptiduo ante diluvium edixiſſe Noe, ut ipſe cum tota ſua familia ingrederetur in arcam, & ut ex omni animantium genere, quædam capita acciperet, ad conſervandum in vita ſemen eorum in ſuperficie totius terræ. Exponit deinde Moſes 4 verſiculo, huius mandati cauſam, nimirum quod Deus ad dies ſeptem, hoc eſt ſeptiduo exacto, demiſſurus eſſet pluviam ſuper terram, quadraginta dies & quadraginta noctes, ad delendum omne corpus vivum ex ſuperficiè terræ. Poſt verſu 10 teſtatur Moſes, hæc ita eveniſſe ut Deus prædixerat, adeò ut dierum illorum ſeptimo aquæ diluvii exiſterent ſuper terram. *Gen.ſ.7. 1. &c.*

Significat igitur Moſes diluvium cœpiſſe ſeptimo die illius ſeptimanæ, hoc eſt, die Sabbati. Nam Moſes non putat ſeptimum illum diem, à die quo Noe juſſus erat ire in arcam, (qui erat dies Sabbati) ſed à primo die ſeptimanæ. Nam à dato illi mandato de ingrediendo in arcam, ad primum diem diluvii fuerunt dies pleni ſeptem, Geneſ. 7. 4. Et proinde primus dies diluvii fuit dies octavus ab accepto mandato. At Moſes ſcribit Geneſ. 7. 10, primum diem diluvii fuiſſe ſeptimum diem illorum dierum, intelligit igitur fuiſſe ſeptimum diem ſeptimanæ, hoc eſt diem Sabbati.

Et certè ſi primus dies diluvii non fuit dies Sabbati, neceſſe eſt unum ex antecedentibus diebus ſex, in quibus Noe juſſus eſt ex omni genere animantium bina in arcam recipere, fuiſſe diem Sabbati. Verùm divina inſtitutio non permittebat ut Noe die Sabbati ullum opus ſervile faceret, Geneſ. 2, 2. 3. Oportet igitur ſex illos dies antecedentes, in quibus Noe fecit opera ſervilia fuiſſe dies ἐνέργους, & ſeptimum diem in quo cœpit diluvium fuiſſe diem Sabbati.

Adde ex hiſtoria Moſis manifeſtum eſſe, quod primus ille dies diluvii non minus eſſet Sabbatum, id eſt divinæ quietis dies, quàm ſeptimus ille dies in quo Deus quievit à creationis opere. Nam ut Deus ſex diebus creavit cœlum & terram, & ſeptimo die quievit ab omni opere, *Geneſ. 2. 2. 3.*

quod

quod fecerat; ita etiam Deus ſex ultimis diebus qui anteceſſerunt diluvium, conſervavit quæ in mundi primordio creaverat, & ſeptimo die à conſervationis opere quievit. Primùm enim effecit Deus ut toto illo ſexiduo non tantùm ex omni genere animantium quædam ad Noe venirent; verùm etiam ut leones, & lupi, & tigres, & quævis immanes & indomitæ belluæ, cum bobus & agnis placidè ad arcam

Geneſ.7,7. 8.9. contenderent, atque ibi tanquam in caveam aut cortem concludi ſe paterentur. Deinde cum jam animantia omnia in arcam ingreſſa eſſent, & ſeptimus dies inſtaret, occluſit Deus arcam pro Noe, ne vis aquarum rimas oſtii penetraret, Geneſ.7.16. At cum ſeptimus dies jam adeſſet, quievit Deus à conſervationis opere. Permiſit enim ut omnes fontes voraginis magnæ erumperent, & omnes feneſtræ cœli

Geneſ.7. 11. aperirentur, & terra undequaque aquis obrueretur. Quod certè fieri non potuiſſet, niſi Deus à conſervatione operis ſui manum ſubduxiſſet. Erat igitur primus dies diluvii revera Sabbatum, id eſt divinæ quietis dies, ideoque dubium non eſt, quin diluvium cœperit ipſo die Sabbati.

Præterea gravis cauſa eſt, cur Deus Sabbati die diluvium terris immittere voluerit. Docet enim Moſes ſexto capite Geneſios, religio-

Geneſ.6. 13. nis profanationem, quæ à conſuetudine filiorum Dei cum impiis ortum traxerat, diluvii cauſam fuiſſe. At verò fieri non poteſt ut religio ſubvertatur, niſi prius abrogetur Sabbati uſus. Vigente enim Sabbato, manet illibatus Dei cultus; contra eodem ſublato, corruit ſtatim Prophetia, & deficiente Prophetia diſsipatur populus, Prov. 29. 18. Oportet igitur hanc eſſe cauſam præcipuam ſubverſæ tunc omnis religionis & pietatis, quod Sabbati uſus primò à Dei filiis neglectus ſit; deinde quod paulatim creſcente eorum impietate, ſanctificatio Sabbati prorſus ſit abrogata. Iuſtam itaque Deus de eorum ſceleribus exegit pœnam, cum Sabbati die deletum illos venit; digni enim fuerunt qui Sabbati die aquas vindices experirentur, qui per centum & viginti annos Sabbatum ſanctificare renuerant.

Porro quia ex his manifeſtum eſt, diluvium priori mundo à Deo immiſſum eſſe die Sabbati; inquirendum jam nobis eſt, an calculus noſter Chronologicus, hunc quoque characterem exhibeat in anno diluvii, ut de eo non minus certi ſimus, quàm de anno creationis mundi. Demonſtratio facilis eſt & perſpicua. Nam à primo die mundi ad primum diem diluvii ſunt anni Hebræi pleni 1655, cum menſibus ſeptem &

tem & diebus ſexdecim. Sed ab Epocha mundi Iuliana, ad annum diluvii Iulianum, ſunt anni pleni Iuliani 1555 præciſè. Itaque diluvium factum eſt anno mundi Iuliano 1656. Cohæret autem eo anno primus dies Niſan cum 19 die Aprilis. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 18 Aprilis, numerantur anni Iuliani pleni 1655, cum tribus menſibus anni communis, & diebus 17. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Solis medii	0	6	14	9
Lunæ à Sole	0	5	28	36

Erat igitur 18 die Aprilis novilunium medium Æquinoctio vernali proximum, & ſequenti die primus dies Niſan.

Cœpit autem diluvium 17 die menſis ſecundi, Geneſ. 7. 11, qui diſtat à primo die Niſan diebus plenis 46. Adde igitur dies 46 plenos ad 19 diem Aprilis, & cadet 17 dies menſis ſecundi in 4 diem Iunii, qui erat dies Sabbati. Nam Cyclus Solis erat 27 & litera dominicalis B.

Manifeſtum igitur eſt primum diem diluvii, fuiſſe diem Sabbati, & proinde annum mundi Iulianum 1656 eſſe ipſum annum diluvii quem Moſes nobis proponit in ſua hiſtoria. Quod erat nobis probandum.

Hæc ſunt quæ de anno diluvii, eiuſque charactere, nobis hoc loco demonſtranda fuerunt. Subiicio nunc ipſius anni integrum calendarium, ut hiſtoria diluvii cum eo conferatur.

Digitized by Google

Calendarium Hiſtoricum ad annum mundi 1656, in quo factum eſt diluvium. Cyclus Solis erat 27, & litera Dominicalis B.

Abib vel Niſan, menſis I.			
1	19 April	*d*	
2	20	*e*	
3	21	*f*	
4	22	*g*	
5	23	*a* Sabbatum	
6	24	B	*Mathuſala mor-*
7	25	*c*	*tuus eſt hoc men-*
8	26	*d*	*ſe, cum vixiſſet*
9	27	*e*	*annos 969.*
10	28	*f*	
11	29	*g*	
12	30	*a* Sabbatum.	
13	Maius	B	
14	2	*c*	
15	3	*d*	
16	4	*e*	
17	5	*f*	
18	6	*g*	
19	7	*a* Sabbatum	
20	8	B	
21	9	*c*	
22	10	*d*	
23	11	*e*	
24	12	*f*	
25	13	*g*	
26	14	*a* Sabbatum	
27	15	B	
28	16	*c*	
29	17	*d*	
30	18	*e*	

Ijar vel Ziu menſis II.			
1	19	*f*	
2	20	*g*	
3	21	*a* Sabbatum	
4	22	B	
5	23	*c*	
6	24	*d*	
7	25	*e*	
8	26	*f*	
9	27	*g*	
10	28	*a* Sabbatum	
11	29	B	
12	30	*c*	
13	31	*d*	
14	Iunius	*e*	
15	2	*f*	
16	3	*g*	
17	4	*a* Sabbatum. *Hoc die*	
18	5	B	*edixit Deus Noe,*
19	6	*c*	*ut cum tota ſua*
20	7	*d*	*familia ingredere-*
21	8	*e*	*tur in arcam.*
22	9	*f*	*Geneſ. 7. 1.*
23	10	*g*	
24	11	*a*	Sabbatum. *Hic*
25	12	B	*primus ſuit dies*
26	13	*c*	*diluvii.*
27	14	*d*	
28	15	*e*	
29	16	*f*	

Digitized by Google

Sivan menſis III.

1	17	*g*
2	18	*a* Sabbatum
3	19	B
4	20	*c*
5	21	*d*
6	22	*e*
7	23	*f*
8	24	*g*
9	25	*a* Sabbatum
10	26	B
11	27	*c*
12	28	*d*
13	29	*e*
14	30	*f*
15	Iulius	*g*
16	2	*a* Sabbatum
17	3	B
18	4	*c*
19	5	*d*
20	6	*e*
21	7	*f*
22	8	*g*
23	9	*a* Sabbatum
24	10	B
25	11	*c*
26	12	*d*
27	13	*e Quadrageſimus dies*
28	14	*f imbriũ. Aqua præva-*
29	15	*g luerunt ſuper terram*
30	16	*a* Sabbatum(*150 dies.*

Thamus menſis IV.

1	17	B
2	18	*c*
3	19	*d*
4	20	*e*
5	21	*f*
6	22	*g*
7	23	*a* Sabbatum
8	24	B
9	25	*c*
10	26	*d*
11	27	*e*
12	28	*f*
13	29	*g*
14	30	*a* Sabbatum
15	31	B
16	Auguſt.	*c*
17	2	*d*
18	3	*e*
19	4	*f*
20	5	*g*
21	6	*a* Sabbatum
22	7	B
23	8	*c*
24	9	*d*
25	10	*e*
26	11	*f*
27	12	*g*
28	13	*a* Sabbatum
29	14	B

Ab menſis V.

1	15	*c*	
2	16	*d*	
3	17	*e*	
4	18	*f*	
5	19	*g*	
6	20	*a*	Sabbatum
7	21	B	
8	22	*c*	
9	23	*d*	
10	24	*e*	
11	25	*f*	
12	26	*g*	
13	27	*a*	Sabbatum.
14	28	B	
15	29	*c*	
16	30	*d*	
17	31	*e*	
18	Septem.	*f*	
19	2	*g*	
20	3	*a*	Sabbatum
21	4	B	
22	5	*c*	
23	6	*d*	
24	7	*e*	
25	8	*f*	
26	9	*g*	
27	10	*a*	Sabbatum
28	11	B	
29	12	*c*	
30	13	*d*	

Elul menſis VI.

1	14	*e*	
2	15	*f*	
3	16	*g*	
4	17	*a*	Sabbatum
5	18	B	
6	19	*c*	
7	20	*d*	
8	21	*e*	
9	22	*f*	
10	23	*g*	
11	24	*a*	Sabbatum
12	25	B	
13	26	*c*	
14	27	*d*	
15	28	*e*	
16	29	*f*	
17	30	*g*	
18	October	*a*	Sabbatum.
19	2	B	
20	3	*c*	
21	4	*d*	
22	5	*e*	
23	6	*f*	
24	7	*g*	
25	8	*a*	Sabbatum.
26	9	B	
27	10	*c*	
28	11	*d*	
29	12	*e*	

Thiſri

Digitized by Google

Thiſri menſis VII.			
1	13	*f*	
2	14	*g*	
3	15	*a*	Sabbatum
4	16	B	
5	17	*c*	
6	18	*d*	
7	19	*e*	
8	20	*f*	
9	21	*g*	
10	22	*a*	Sabbatum
11	23	B	
12	24	*c*	
13	25	*d*	
14	26	*e*	
15	27	*f*	
16	28	*g*	
17	29	*a*	Sabbatum. *Hoc die*
18	30	B	*requievit arca ſuper*
19	31	*c*	*monte Ararat.*
20	Nové.	*d*	
21	2	*e*	
22	3	*f*	
23	4	*g*	
24	5	*a*	Sabbatum
25	6	B	
26	7	*c*	
27	8	*d*	
28	9	*e*	
29	10	*f*	
30	11	*g*	

Marheſuan menſis VIII.			
1	12	*a*	Sabbatum
2	13	B	
3	14	*c*	
4	15	*d*	
5	16	*e*	
6	17	*f*	
7	18	*g*	
8	19	*a*	Sabbatum
9	20	B	
10	21	*c*	
11	22	*d*	
12	23	*e*	
13	24	*f*	
14	25	*g*	
15	26	*a*	Sabbatum
16	27	B	
17	28	*c*	
18	29	*d*	
19	30	*e*	
20	Decem.	*f*	
21	2	*g*	
22	3	*a*	Sabbatum.
23	4	B	
24	5	*c*	
25	6	*d*	
26	7	*e*	
27	8	*f*	
28	9	*g*	
29	10	*a*	Sabbatum

Kiſleu

Digitized by Google

Kiſleu menſis IX.

1	11	B	*Finis 150 dierum à*
2	12	c	*quadrageſimo die im-*
3	13	d	*brium. Cœperunt tunc*
4	14	e	*aquæ diluvii minui.*
5	15	f	
6	16	g	
7	17	a	Sabbatum
8	18	B	
9	19	c	
10	20	d	
11	21	e	
12	22	f	
13	23	g	
14	24	a	Sabbatum
15	25	B	
16	26	c	
17	27	d	
18	28	e	
19	29	f	
20	30	g	
21	31	a	Sabbatum
22	Ianuar.	A	*Initium anni Juliani*
23	2	b	*1657. Cyclus Solis 28*
24	3	c	*Litera dominicalis* A.
25	4	d	
26	5	e	
27	6	f	
28	7	g	Sabbatum
29	8	A	
30	9	b	

Thebeth menſis X.

1	10	c	*Hoc die conſpecti ſunt*
2	11	d	*vertices montium.*
3	12	e	
4	13	f	
5	14	g	Sabbatum
6	15	A	
7	16	b	
8	17	c	
9	18	d	
10	19	e	
11	20	f	
12	21	g	Sabbatum
13	22	A	
14	23	b	
15	24	c	
16	25	d	
17	26	e	
18	27	f	
19	28	g	Sabbatum
20	29	A	
21	30	b	
22	31	c	
23	Februa.	d	
24	2	e	
25	3	f	
26	4	g	Sabbatum
27	5	A	
28	6	b	
29	7	c	

Sebath

Digitized by Google

Sebath menſis XI.		
1	8	*d*
2	9	*e*
3	10	*f*
4	11	*g* Sabbatum
5	12	A
6	13	*b*
7	14	*c*
8	15	*d*
9	16	*e*
10	17	*f*
11	18	*g* Sabbatum
12	19	A *Hoc die Noe emiſit*
13	20	*b primò corvum, qui non*
14	21	*c rediit in arcam, dein-*
15	22	*d de emiſit columbam,*
16	23	*e quæ reverſa eſt.*
17	24	*f*
18	25	*g* Sabbatum
19	26	A *Hoc die Noe ſecundò*
20	27	*b emiſit columbam, quæ*
21	28	*c reverſa circa veſperã,*
22	Mart.	*d afferrebat in roſtro de-*
23	2	*e cerptum folium olivæ.*
24	3	*f*
25	4	*g* Sabbatum
26	5	A *Hoc die Noe tertiò e-*
27	6	*b miſit columbam, quæ*
28	7	*c non eſt reverſa in arcã.*
29	8	*d*
30	9	*e*

Adar menſis XII.		
1	10	*f*
2	11	*g* Sabbatum
3	12	A
4	13	*b*
5	14	*c*
6	15	*d*
7	16	*e*
8	17	*f*
9	18	*g* Sabbatum
10	19	A
11	20	*b*
12	21	*c*
13	22	*d*
14	23	*e*
15	24	*f*
16	25	*g* Sabbatum
17	26	A
18	27	*b*
19	28	*c*
20	29	*d*
21	30	*e*
22	31	*f*
23	April.	*g* Sabbatum.
24	2	A
25	3	*b*
26	4	*c*
27	5	*d*
28	6	*e*
29	7	*f*

Ca

Calendarium Hiſtoricum ad annum mundi 1657 qui primus fuit à Diluvio.

Niſan menſis I.

1	8	*g*	Sabbatum. *Hoc die*
2	9	A	*Noe amovit opercu-*
3	10	*b*	*lum arcæ, viditq́; ſic-*
4	11	*c*	*catam eſſe ſuperficiem*
5	12	*d*	*terræ.*
6	13	*e*	
7	14	*f*	
8	15	*g*	Sabbatum
9	16	A	
10	17	*b*	
11	18	*c*	
12	19	*d*	
13	20	*e*	
14	21	*f*	
15	22	*g*	Sabbatum
16	23	A	
17	24	*b*	
18	25	*c*	
19	26	*d*	
20	27	*e*	
21	28	*f*	
22	29	*g*	Sabbatum
23	30	A	
24	Maius	*b*	
25	2	*c*	
26	3	*d*	
27	4	*e*	
28	5	*f*	
29	6	*g*	Sabbatum
30	7	A	

Iiar vel Ziu menſis II.

1	8	*b*	
2	9	*c*	
3	10	*d*	
4	11	*e*	
5	12	*f*	
6	13	*g*	Sabbatum
7	14	A	
8	15	*b*	
9	16	*c*	
10	17	*d*	
11	18	*e*	
12	19	*f*	
13	20	*g*	Sabbatum
14	21	A	
15	22	*b*	
16	23	*c*	
17	24	*d*	
18	25	*e*	
19	26	*f*	
20	27	*g*	Sabbatum
21	28	A	
22	29	*b*	
23	30	*c*	
24	31	*d*	
25	Iunius	*e*	
26	2	*f*	
27	3	*g*	Sabbatum. *Noe hoc*
28	4	A	*die, iubente Deo, e-*
29	5	*b*	*greſſus eſt ex arca, &*
			ſoteria obtulit Deo.

De

De anno Exodi Iſraelitarum, atque eius characteribus.

Caput III.

PROXIMUS annorum mundi, qui charactere notatur in ſacris literis, eſt annus Exodi, qui eſt annus à mundi principio currens 2449½, quemadmodum ſuperiore Libro demonſtravimus. Fuit autem hic annus Sabbaticus & Iubilæus. Nam quia Iſraelitæ eo anno educti ſunt ex Ægypto, & liberati ex Ægyptiaca ſervitute, & reſtituti in priſtinam libertatem, quæ ſunt vera anni Sabbatici, & Iubilæi beneficia, conſequens eſt, eundem annum fuiſſe Sabbaticum & Iubilæum, & quidem inter Sabbaticos & Iubilæos præcipuum. Vt enim nulla unquam illuſtrior liberatio Iſraelitis obtigit, in Vetere Teſtamento, quàm quæ facta eſt anno Exodi, ita etiam illuſtrior nunquam Sabbaticus & Iubilæus celebratus eſt ab Iſraelitis in vetere Teſtamento, quàm annus Exodi, adeò ut qui deinceps ab Iſraelitis obſervati ſunt anni Sabbatici & Iubilæi, nihil aliud fuerint, quàm illius quoddam memoriale. Eſt igitur hæc prima nota anni Exodi, quod Sabbaticus fuerit & Iubilæus, & quod omnes Sabbatici anni & Iubilæi, ab eo, tanquam à capite initium ducant: quemadmodum etiam demonſtravimus libro primo Chronologiæ ſacræ, capite nono,

Ineſt autem hæc nota anno mundi 2449½. Nam ſeptimo eiuſdẽ anni menſe cœpit annus mundi 2450, qui erat Sabbaticus trecenteſimus & quinquageſimus, & Iubilæus quinquageſimus à primo anno mundi. Partire enim annos mundi 2450 per 7, & quotiens erit 350 exactè, pro anno Sabbatico. Deinde divide illos per 49, & prodibit quotiens 50 præciſè, pro anno Iubilæo. Erat igitur annus mundi 2450 Sabbaticus & Iubilæus, ratione primi anni mundi. Sed & idem fuit Sabbaticus & Iubilæus, ratione annorum mundi ſequentium. Nam ut infra demonſtrabim⁹, quotquot anni Sabbatici recenſentur in ſacra ſcriptura, vel alia hiſtoria, ducunt omnes initium ab anno mundi 2450. Conſentaneum igitur eſt annum mundi 2449½, à cuius ſeptimo menſe

cœpit annus mundi 2450, eſſe ipſum annum Exodi, in quo Iſraelitæ egreſsi ſunt ex Ægypto, & liberati ſunt ex Ægyptiaca ſervitute.

Et hic quidem primus eſt huius anni character. Sequitur alter, qui ex hiſtoria de manna capite 16 Exodi hoc modò colligitur. Venerunt Iſraelitæ in deſertum Sin, 15 die menſis ſecundi ab exitu eorum ex Ægypto, verſ. 1. Sequente die, qui erat decimusſextus dies menſis ſecundi, collegerunt primum manna ipſo manè, verſ. 14. Et nonnihil de illo reſervarunt in craſtinum, quod computruit, verſ. 20. Eodem die & ſequenti, puta 17 & 18 die menſis ſecundi, collegerunt unoquoque mane pro ratione cibi ſui, ver. 21. Sexto die, qui erat 19 dies menſis ſecundi, collegerunt duplum, verſ. 22. Septimo tandem die, qui erat 20 dies menſis, nihil collegerunt, eo quod Sabbatum eſſet Iehovæ ſanctum, & quia manna non reperiebatur in agro, verſ. 25. Erat igitur 20 dies menſis ſecundi dies Sabbati.

Hic character valdè inſignis eſt, & locum etiam habet in anno mundi 2449. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 11, diem Aprilis anni mundi Iuliani 2449, numerantur anni Iuliani pleni 2448, menſes communes tres, & dies 10, quibus conveniunt ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	′	″
Solis medii	0	5	5	14
Lunæ à Sole	0	4	49	3

Erat igitur 11 dies Aprilis novilunium medium, & ſequens dies primus Niſan. Diſtat autem 20 dies menſis ſecundi, à primo die Niſan, diebus plenis 49. Addantur igitur dies 49 ad 12 diem Aprilis, & cadet 20 dies menſis ſecundi in 31 diem Maii, qui erat feria ſeptima. Nam Cyclus Solis erat 8, & litera dominicalis E. Ineſt ergo hic etiam character anno mundi 2449, & proin annus mundi 2449 eſt ipſe annus in quo facta eſt Iſraelitarum exodus.

Cœterùm ad duos hos characteres, quos Spiritus ſanctus notavit, accedunt alii tres, quos calculus Chronologicus ſuppeditat. Primus eſt, quod primus dies Paſchatis, hoc eſt 15 dies Niſan, fuerit dies Sabbati. Abeſt enim 15 dies Niſan à primo die Niſan, diebus plenis 14, qui ſi addantur ad 12 diem Aprilis, cadit 15 dies Niſan in 26 diem Aprilis, qui erat feria ſeptima, vel dies Sabbati. Eſt autem veritati conſentaneum, quod Paſchatis feſtivitas anno exodi, celebrata ſit die Sabbati. Erat enim illud Paſcha, Paſcha Iehovæ, Exod. 12, 11. Et nox in qua Paſcha idem celebrabatur erat nox Iehovæ, Exod. 12. 42,

Itaque

Itaq;& dies Paſchatis erat dies Sabbati,hoc eſt dies Iehovæ,Ieſ. 58. 12.

Alter character eſt, quod quinquageſimus dies à 15 die Niſan, hoc eſt dies Pentecoſtes, etiam fuerit dies Sabbati. Diſtat enim Pentecoſte à 15 die Niſan diebus 49, id eſt ſeptimanis præciſè ſeptem. Quamobrem cum 15 dies Niſan fuerit dies Sabbati, conſequens eſt & Pentecoſten fuiſſe diem Sabbati. Convenit verò hæc etiam nota cum ſacra ſcriptura. Conſtat enim ex Moſe decalogum à Deo promulgatum eſſe ex monte Sinai, ipſo dio Pentecoſtes, poſtquam Iſraeliticus populus, Dei iuſſu, toto biduo & veſtes ſuas laviſſent, & ad audiendam Dei legem ſe ritè comparaſſent. Conſentaneum igitur eſt illum diem fuiſſe diem Sabbati. Nam paraſceve illa bidui à Deo Iſraelitis mandata, evincit eum diem fuiſſe diem Sabbati, & quidem Sabbati diem magnum,ut D. Ioannes docet in Euangelio, cap. 19, 31. Et certè, non potuit non eſſe dies Sabbati, in quo Deus mandatum de Sabbato ſanctificando Iſraelitis promulgavit. Nam ut Sabbati dies erat, cum Deus ſeptimo die mundi Sabbatum ſanctificaret,hoc eſt, non modò ipſe ab opere creationis quieſceret, ſed & ſeptimum diem cultui ſuo & ſanctis exercitiis dedicaret, ita etiam conſentaneum eſt Sabbati diem fuiſſe, cum Deus anno Exodi Sabbati obſervationem Iſraelitis mandaret, & exemplo quoque ſuo ipſos ad Sabbati ſanctificationem invitaret. Exod 20. 8. &c.

Exod 19. 1

Geneſ. 2. 2. 3.

Poſtremus character eſt, quod 17 dies menſis quarti inciderit eodem anno in diem Sabbati. Abeſt enim 17 dies menſis quarti à primo die Niſan diebus 105, qui ſi addantur ad 12 diem Aprilis, cadit 17 dies menſis quarti in 26 diem Iulii, qui erat dies Sabbati. Eſt autem ſacris literis conſentaneum, 17 diem menſis quarti anno Exodi fuiſſe diem Sabbati.Habent enim Iudæi per traditionem,Moſem eo die deſcendiſſe ex monte Sinai, & fregiſſe tabulas legis. Et Hiſtoria ſacra teſtatur Iſraelitas eodem die celebraſſe feſtum, quod Aaron pridiè illius diei proclamaverat dicens, *Cras feſtum Iehovæ eſto.* Exod. 32. 5. Edixerat autem Deus ante ſeptimanas ſex, tum Aaroni, tum toti congregationi Iſraeliticæ,ut Sabbati die cultui ſuo vacarent. Itaque dubium non eſt quin Aaron feſtum ſuum in Sabbati diem contulerit, non autem in diem ἐνεργον.

Apparet itaque ex his quinque characteribus, annum mundi 2449, eſſe ipſum annum, in quo Iſraelitæ Ægyptum migrarunt: Et proin-

Digitized by Google

de à mundi primordio ad egreſſum Iſraelitarum ex Ægypto, fluxiſſe annos hebræos ſolidos 2448½. Quod & Iudæi agnoſcunt verum eſſe in *Spicilegio ſui computi*, ubi numerant à mundi conditu ad migratam Ægyptum, annos hebræos ſolidos 2448. Nec ſine cauſa. Quia nec plures, nec pauciores anni, ex ſacris literis ſupputari poſſunt, quàm 2448½, ut præcedente libro oſtendimus.

Sed hæc quidem ſunt quæ de anno Exodi hoc loco nobis demonſtranda fuerunt. Subiicio nunc partem Calendarij eiuſdem anni, ut ſacra hiſtoria illus ope melius intelligatur.

Calendarium Hiſtoricum ad annum mundi 2449½, in quo populus Iſraeliticus, Duce Moſe, Ægyptum migravit. Cyclus Solis erat 8. litera Dominicalis E.

Abib vel Niſan menſis I.

	April.			
1	12	*d*	Sabbatum.	*Hic menſis in principio mundi fuit ſeptimus menſium, ſed hoc anno conſtitutus eſt à Deo primus menſium anni. Exod. 12. 2.*
2	13	E		
3	14	*f*		
4	15	*g*		
5	16	*a*		
6	17	*b*		
7	18	*c*		
8	19	*d*	Sabbatum	
9	20	E		
10	21	*f*		*Hoc die electus, & ſecluſus eſt agnus Paſchalis*
11	22	*g*		
12	23	*a*		
13	24	*b*		

14	25	c	*Hoc die inter veſperam 14, & 15 diei, mactatus eſt agnus Paſchalis in Ægypto.*
15	26	d	Sabbatum. *Hoc die Iſraelitæ egreſſi ſunt ex Rahmeſe, & venerunt in Succoth.*
16	27	E	*Ex Succoth profecti venerunt in Etham.*
17	28	f	*Ex Etham venerunt ante Migdolum, ad mare rubrum.*
18	29	g	*Hoc die tranſierunt Iſraelitæ per mare rubrum, & Pha-*
19	30	a	*rao cum toto ſuo exercitu in mari rubro ſubmerſus eſt.*
20	Maius	b	
21	2	c	*Hoc die Iſraelitæ venerunt in Mara, poſtquàm triduum erraſſent in deſerto, & non inveniſſent aquas.*
22	3	d	Sabbatum.
23	4	E	
24	5	f	
25	6	g	
26	7	a	
27	8	b	
28	9	c	
29	10	d	Sabbatum.
30	11	E	

Ijar vel Ziu menſis II.

1	12	f	
2	13	g	
3	14	a	
4	15	b	
5	16	c	
6	17	d	Sabbatum.
7	18	E	
8	19	f	
9	20	g	
10	21	a	
11	22	b	
12	23	c	
13	24	d	Sabbatum.

14	25	E	
15	26	f	*Hoc die Iſraelitæ venerunt in deſertum Sin, & veſperè*
			acceperunt à Deo coturnices.
16	27	g	*Hoc die, ipſo manè, collegerunt primum manna, de quo*
			cum aliqui reſervaſſent aliquid in diem ſequentem, pro
			duxit illud vermes & computruit.
17	28	a	*Hoc die, & ſequente, collegerunt Iſraelitæ unoquoque ma-*
18	29	b	*nè, quantum ei diei ſufficiebat.*
19	30	c	*Hoc die collegerunt duplum, propter inſtans ſabbatum.*
20	31	d	Sabbatum. *Hoc die non collegerunt manna, eo quod dies*
21	Iunius	E	*eſſet Sabbati.*
22	2	f	
23	3	g	
24	4	a	
25	5	b	
26	6	c	
27	7	d	Sabbatum.
28	8	E	
29	9	f	

Siuan menſis III.

1	10	g	*Hoc die populus Iſrael venit in deſertum Sinai.*
2	11	a	
3	12	b	*Hoc die imperavit Deus toti Iſraelitico populo, ut ſancti-*
			ficarent ſe, & veſtimenta ſua lavarent in diem tertium.
4	13	c	
5	14	d	Sabbatum, *& Pentecoſte. Hoc die Lex Decalogi a Deo*
6	15	E	*promulgata eſt ex monte Sinai.*
7	16	f	*Hoc die aſcendit Moſes in montem Sinai, ſoluſq; evoca-*
8	17	g	*tus ad Deum, manſit apud eum dies nocteſq; quadra-*
9	18	a	*ginta.*
10	19	b	
11	20	c	
12	21	d	Sabbatum.
13	22	E	

Digitized by Google

14	23	*f*	
15	24	*g*	
16	25	*a*	
17	26	*b*	
18	27	*c*	
19	28	*d*	Sabbatum
20	29	E	
21	30	*f*	
22	Iulius	*g*	
23	2	*a*	
24	3	*b*	
25	4	*c*	
26	5	*d*	Sabbatum.
27	6	E	
28	7	*f*	
29	8	*g*	
30	9	*a*	

Thamus menſis IV.

1	10	*b*	
2	11	*c*	
3	12	*d*	Sabbatum.
4	13	E	
5	14	*f*	
6	15	*g*	
7	16	*a*	
8	17	*b*	
9	18	*c*	
10	19	*d*	Sabbatum.
11	20	E	
12	21	*f*	
13	22	*g*	
14	23	*a*	
15	24	*b*	
16	25	*c*	*Quadrageſimus & ultimus dies commorationis Moſis in monte, quo die proclamavit Aaron, Cras feſtum Jehovæ eſto.*

Digitized by Google

17	26	*d*	Sabbatum. *Hoc die Iſraelitæ obtulerunt holocauſta, & eu-*
18	27	E	*chariſteria ad vitulum aureum, quem Aaron conflaverat.*
19	28	*f*	*Moſes quoq; eodem die reverſus eſt ex monte Sinai in*
20	29	*g*	*caſtra, & cum vitulum illum aureum & choros videret,*
21	30	*a*	*fregit tabulas legis ſub monte.*
22	31	*b*	
23	Auguſt.	*c*	
24	2	*d*	Sabbatum.
25	3	E	
26	4	*f*	
27	5	*g*	
28	6	*a*	
29	7	*b*	

De vera Ephemeriarum Epocha, eiuſque charactere.

Caput IV.

NOTUM eſt ex hiſtoria ſacra, Eleaſaris atque Ithamaris poſteros, quibus Deus ſacerdotium contulerat, à Davide diſtinctos eſſe in 24 familias, vel claſſes, ut per vices munus ſuum in templo obirent. Ita enim ſcribitur libro primo Chronicorum capite 24. Ingrediebatur verò unaquæque familia functionem ſuam in templo die Sabbati, matutino tempore, & ſacris in templo operabatur, ad tempus uſque matutinum Sabbati ſequentis, ſecuti ſcribitur in libro Liturgiarum, & 1. Chronic. 9.25. & ſequentibus verſicul. Tunc autem egrediebatur illa familia ex templo, & ſuccedebat in ipſius locum familia altera, cui proximæ vices ex Dei ordinatione debebantur. Acquiſiverat enim unaquæque familia ſuas vicces per ſortem, eaſq; acceptas referebat Deo, Itaque nec commutare illas unquam auſæ ſunt, nec debitas familiæ vices præterire, ne ordinem Ephemeriarum, quem Deus per ſortem, definierat, turbarent. Cuius rei inſigne exemplum extat apud Ioſephum libro

bro VII de bello Iudaico cap. 4. Deficiebat enim una familiarum quo anno Titus Veſpaſianus Hieroſolyma obſidebat, idque procul dubio ob belli & obſidionis incommoda. Atqui tam ab eſt ut tunc in deficientis familiæ locum, vel proxima, vel alia familia fuerit ſubſtituta, ut potius ἐνδελεχισμὸς, id eſt iugis cultus illa ſeptimana ſit intermiſſus. Vnde liquidò conſtat, Ephemeriarum vices, tam religioſè à Sacerdotibus eſſe obſervatas, ut quanquam iugis cultus non ſemel intermiſſus ſit, (& quidem ad annos 70 tempore captivitatis Babylonicæ, & ad annos tres cum menſibus ſeptem tempore Iudæ Maccabæi) propterea tamen Ephemeriarum ordo non ſit mutatus. Nam quoties ἐνδελεχισμὸς reſtitutus eſt, datum ſemper eſt Miniſterium illi familiæ, cuius vices tunc erant ex Dei ordinatione.

Liquet igitur hinc, unam tantùm eſſe Ephemeriarum Epochen, à qua omnes Ephemeriæ ſupputandæ ſunt; & niſi ea cognita ſit, fieri non poſſe ut Ephemeriæ, quæ in ſacris literis, aut alibi conſignatæ ſunt, ritè ſupputentur. Danda ergo nobis eſt opera, ut hanc Epochen probè cognitam habeamus. Nam quanquam ea non ſit in ſacris literis expreſſè definita, licet tamen eam certò definire ex iis quæ in ſacris literis nobis ſunt manifeſtata.

Primùm enim teſtatur ſacra ſcriptura, ordinem hieraticum à Davide inſtitutum eſſe, cum jam ſenuiſſet, & ſatur eſſet dierum, cumque filium ſuum Solomonem conſtituiſſet Regem ſuper Iſraelem. Sic enim ſcribitur primo libro Chronicorum capite 23, verſ. 1. & ſequentibus.

Secundò docent ſacræ literæ Davidem obiiſſe anno mundi 2925. Nam Iſraelitæ egreſsi ſunt ex Ægypto anno mundi 2449, ut præcedente capite demonſtravimus. Sed ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto, uſque ad quartum annum regni Solomonis, Spiritus ſanctus numerat annos plenos 479. 1 Reg. 6. 1. Itaque quartus annus regni Solomonis, erat ann⁹ mundi 2928. Et proinde ultim⁹ annus Davidis erat annus mundi 2925. Regnavit autem Solomon patre ſuperſtite annum unum, vel ſaltem ſeſquiannum. Oportet igitur hieraticum ordinem à Davide inſtitutum, inchoatumque eſſe anno mundi 2924, vel 2923.

Docet verò collatio annorum id factum eſſe anno mundi 2923. Cadebant enim in eum annum duo Sabbata magna, à quibus Ephemeriæ commodè inchoari poterant: Nam ut Deus anno Exodi cum primum Paſcha & primam Pentecoſten inſtitueret, conferre ea voluit in Sabbati dies magnos, quemadmodum præcedente capite oſtendimus

Digitized by Google

mus; Ita etiam pius Rex David, vir ſecundùm cor Dei, cum ordinem hieraticum inſtitueret, voluit eum inchoare à Sabbati die magno.

Porro toto anno mundi 2924 nullum fuit Sabbatum magnum. Nam primus dies menſis Niſan, incidebat in 10 Aprilis, & Paſchatis veſpera in 23 Aprilis, quæ erat feria tertia, quia Cyclus Solis erat 7, & litera Dominicalis F. Pentecoſtes verò feſtivitas quadrabat eo anno ad 12um Iunii, qui erat feria quarta: Et Scenopegia ad 18 diem Octobris, qui erat feria ſexta. Itaque nullum feſtum cadebat eo anno in diem Sabbati.

Anno verò mundi 2923, primus dies feſti Scenopegias erat dies Sabbati, atque etiam dies feſti ultimus. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 21 diem Martii anni mundi Iuliani 2923, numerantur anni Iuliani pleni 2922, menſes Communes duo, dies 20. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*I*	*II*
Solis medii	5.	48	27	59
Lunæ à Sole	0,	0	44	4

Erat igitur 21 die Martii Novilunium medium, & ſequente die primus Niſan. Diſtat autem primus dies Niſan à primo die feſti Scenopegias, diebus 191. Itaq; primus dies feſti Scenopegias cohærebat cum 29 die Septembris, qui erat feria ſeptima. Nam Cyclus Solis erat 6, & litera Dominicalis G. Sextus verò Octobris erat ultimus & magnus dies feſti, ut D. Ioannes eum nominat, & dies Sabbati. Ab hoc igitur Sabbati die magno hieraticus ordo initium duxit, & proin familia Ioiarib inivit tunc functionem ſuam.

Hæc vera eſt Ephemeriarum Epocha hactenus ignorata, quæ ut characterem habet inſignem, ita etiam cum ſacris literis, & traditione Iudæorum egregiè conſentit, quemadmodum, favente Deo, ſuis locis demonſtrabimus.

Sit igitur hoc nobis ratum, quod jam à nobis comprobatum eſt, annum mundi 2923, ipſiſsimum eſſe annum in quo hieraticus ordo à Davide inſtitutus eſt; Vigeſimum verò ſecundum diem Thiſri eiuſdem anni, vel ſextum diem Octobris, ipſiſsimum eſſe diem in quo prima Ephemeria à familia Ioiarib inchoata eſt. Id enim palam eſt ex charactere, quem Nos, non ſine ſudore, & pulvere, ex Dei verbo eduximus.

De

Digitized by Google

De templi Solomonici encæniis, atque eorum charactere.

Caput V.

ANNNO quadrageſimo octuageſimo ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto, qui erat annus mundi 2928, & Regni Solomonis quartus, jacta ſunt domus Dei fundamenta in monte Morija, ſecundo die menſis Ziu. *1.Reg.6.1.* Vndecimo verò anno regni Solomonis,qui erat annus mundi 2935, exædificata eſt Domus Dei,ipſo menſe Bule, qui erat menſis octavus. *2.chro.3,2 5.* *1. Reg. 6. 38.* Sequente poſt anno, qui erat annus regni Solomonis duodecimus, & mundi 2936, cum totum opus jam abſolutum eſſet, quod Rex fecerat pro domo Dei; & in templum illata eſſent omnia,quæ à Davide conſecrata fuerant; cœpit Solomon cum toto populo Iſraelitico celebrare templi encænia, diebus octo ante feſtum Scenopegias. Feſtivitas enim Encæniorum agitata eſt dies ſeptem,& octavus dies erat dies interdicti, 2 Chron. 7. 9. Inchoata igitur ſunt templi encænia ſeptimo die menſis Thiſri, & interdicti dies celebratus eſt die menſis 14. Sequente die inivit feſtum Scenopegias, quod itidem dies ſeptem à Solomone celebratum eſt, puta à 15 die menſis Thiſri in 22 diem exeuntem. Nam 23 die Thiſri Solomon dimiſit populum.

Apparet autem ex Hiſtoriæ huius circumſtantiis, primum diem Encæniorum templi, hoc eſt ſeptimum diem Thiſri,fuiſſe diem Sabbati. Primùm enim teſtatur hiſtoria ſacra, ſanctam fuiſſe eo die convocationem, & quidem valdè ſolennem, 2 Chron.7. 8. Nam Rex Solomon, & totus populus Iſraeliticus cum eo præeuntes Arcæ, progrediebantur in Templum, & ſacrificabant pecudes & boves, quæ præ multitudine, nec numerabantur nec ſupputabantur. 2 Chron.5 6. Oportet igitur eum diem fuiſſe aut Sabbati diem, aut diem feſtum. Sed feſtus dies non fuit, quia non recenſetur inter dies feſtos, quos Deus in lege ſua inſtituerat. Relinquitur ergo fuiſſe diem Sabbati.

Secundò ſcribitur 2. Chronic. 5, Sacerdotes omnes eo ipſo die iviſſe in Templum ut ſacris operarentur. Diſcrimina enim diſtributi-

onum non obſervabantur, eo quod omnes ſe ſanctificaviſſent 2 Chron. 5. 11. Sanxerat verò David paulò ante obitum ſuum, ut Sacerdotes fu nctionem ſuam in templo inirent diebus Sabbati, quemadmodum præcedente capite demonſtratum eſt. Conſequitur ergo eum diem in quo Sacerdotes omnes venerunt in templum ad miniſterium ſuum obeundum, fuiſſe diem Sabbati.

Poſtremò notat Spiritus ſanctus, Solomonem poſt celebrata, ſeptem dierum encænia, octavo die celebraſſe diem interdicti. 2 Chronic. 7. 9. Id verò non alia de cauſa factum eſt, quàm quod primus & octavus dies, eſſet dies Sabbati. Nam ut in feſto Scenopegias, primus & octavus dies ſemper erant dies ἀεργοι, eo quod uterque eſſet Sabbatum, Levit. 23. 39. Ita etiam in feſto Encæniorum Solomonico, primus & octavus dies erant dies ἀεργοι, eo quod uterque eſſet dies Sabbati. Manifeſtum igitur eſt & 7 & 14 diem Thiſri, eo anno fuiſſe dies Sabbati. Quod erat nobis probandum. Invenitur verò hic etiam character in anno mundi 2936. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 10 diem Aprilis anni mundi Iuliani 2936, ſunt anni Iuliani pleni 2935, menſes Communes tres, dies 9, quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Solis medii	o.	8.	1.	53
Lunæ à Sole	o.	o.	54	46.

Erat ergo 10 die Aprilis Novilunium medium, & ſequente die primus dies Niſan. Diſtat autem 7 dies Thiſri à primo die Niſan diebus 183. Itaque ſi ad 11 diem Aprilis addantur dies 183, cadet ſeptimus dies Thiſri in 11 diem Octobris, qui erat feria ſeptima. Nam Cyclus Solis erat 19, & litera Dominicalis E. Decimus octavus Octobris erat dies interdicti, eo quod & ille eſſet dies Sabbati. Habet itaque annus mundi 2936 eundem characterem, quem Spiritus ſanctus notavit in anno Solomonis duodecimo: & proinde annus mundi 2936, eſt ipſe annus in quo Solomon agitavit Templi Encænia. Quod erat nobis probandum.

Subiicio verò, menſis Thiſri Ephemeridem, ad annum mundi 2936, ut hiſtoria ſacra cum illa conferatur.

Ephemeris menſis Thiſri, ad annum mundi 2936, in quo celebrata fuerunt Templi Encænia, Cyclus Solis erat 19. Litera Dominicalis E.

Thiſri

Digitized by Google

Thiſri menſis VII.

1	5	E		*Feſtum clangoris tubarum.*
2	6	*f*		
3	7	*g*		
4	8	*a*		
5	9	*b*		
6	10	*c*		
7	11	*d*	Sabbatum.	*Primus dies Encaniorum.*
8	12	E		*Secundus.*
9	13	*f*		*Tertius.*
10	14	*g*		*Quartus. & feſtum Expiationis.*
11	15	*a*		*Quintus.*
12	16	*b*		*Sextus.*
13	17	*c*		*Septimus.*
14	18	*d*	Sabbatum.	*Dies interdicti.*
15	19	E		*Primus dies Scenopegiæ*
16	20	*f*		*Secundus.*
17	21	*g*		*Tertius.*
18	22	*a*		*Quartus.*
19	23	*b*		*Quintus.*
20	24	*c*		*Sextus*
21	25	*d*	Sabbatum.	*Septimus.*
22	26	E		*Ultimus & magnus dies feſti.*
23	27	*f*		*Hoc die Solomon dimiſit populum, 2 Chron. 7.*
24	28	*g*		*verſ. 12.*
25	29	*a*		
26	30	*b*		
27	31	*c*		
28	Novem.	*d*	Sabbatum.	
29	2	E		
30	3	*f*		

De

De anno Ezechiæ Regis decimoſexto Sabbatico. Caput VI.

DEcimoquarto anno Regis Ezechiæ, qui erat annus mundi 3232, aſcendit Sanherib Rex Aſſyriæ, cum copiis valdè numeroſis, contra omnes civitates munitas Iuda, & occupavit eas 2 Reg. 18. 13. Cum verò Ezechias Rex pius metueret, ne & Aſſyrius Hieroſolyma expugnaret, pactus eſt pretio cũ illo ut à ſe abſcederet; Quo nihilomin⁹, Legatos ſuos miſit Hieroſolyma, cum copiis numeroſis, ut & Ezechiam conviciis afficerent, & populum ad defectionem ſollicitarent, & Deum Iſraelis horrendis modis blaſphemarent. Quæ ſcelera cum Deus, pro ſua iuſtitia, inulta ſinere nollet, pollicitus eſt Regi Ezechiæ, ſe irritum eſſe facturum Sanheribi conſilium; effecturumque ut is re infecta reverteretur in Aſſyriam, 2 Reg. 19. 32. 33.

Ad confirmandum verò pii Regis animum, addidit Deus promiſſioni ſuæ hoc ſignum. Illud, inquit, eſto tibi huius rei ſignum, comedere vos anno uno ſponte natum; & anno altero ſponte renatum: Demum tertio anno ſerite, & metite, ac plantate vineas, & comedite fructum earum. 2 Reg. 19. 29 In quibus verbis Deus agit de tribus Regis Ezechiæ annis diſtinctim, & primùm de anno Ezechiæ Regis decimoquinto. Iubet enim Ezechiam, cum populo ſuo, eo anno edere, quod ſponte erat natum. Cauſa eſt, quod numeroſus Sanheribi exercitus, toto anno decimo quarto Ezechiæ abſumpſiſſet, quicquid frugum aut fructuum ſatum natumque fuerat in agris; adeo ut Iſraeliticus populus decimoquinto anno Ezechiæ nihil in agris reperiret, quàm quod ſponte è terra provenerat.

Secundò agit Deus de anno Ezechiæ decimoſexto, iubetque Iſraelitas tunc edere quod ſponte erat renatum. Cur? Quia annus erat Sabbaticus, in quo agros ſerere non licebat. Tenebatur igitur Iſraeliticus populus eo anno contentus eſſe eis frugibus, quæ ſpontè ex terra renaſcebantur.

Tandem inſtituit Deus ſermonem de anno Ezechiæ decimoſeptimo, mandatque ut Iſraelitæ eo anno ſerant & metant, & vineas plantent, & earum fructum comedant. Erat enim is annus primus hebdomadæ

ſeptennalis

Digitized by Google

ſeptennalis, in quo ſerere & metere licebat, etiam vineas plantare, & earum fructum comedere.

Apparet ergo ex hoc Scripturæ loco, decimumſextum annum Ezechiæ Regis fuiſſe Sabbaticum. Erat autem decimuſſextus annus Ezechiæ annus mundi 3234, quemadmodum ſuperiore libro demonſtravimus: Is verò erat Sabbaticus. Partire enim annos mundi 3234 per 7, & quotiens dabit annos Sabbaticos à mundi principio 462 exactè. Vel aufer annum Exodi 2450, ex anno mundi 3234, & reliqui erunt anni 784. Qui diviſi per 7 dant annos Sabbaticos 112 præciſè, ab anno Exodi. Conſentaneum igitur eſt annum mundi 3234 fuiſſe annum Regis Ezechiæ decimumſextum. Quod erat nobis probandum.

De quinto anno a deportatione Regis Iojachim, atque eius charactere.

Caput VII.

QVinto anno à deportatione Regis Iojachim in Babyloniam, vidit propheta Ezechiel Dei viſiones, quas ad vivum refert capite primo prophetiæ ſuæ. Erat autem is annus mundi 3350. Nam Iojachim abductus eſt in Babyloniam anno mundi 3346, ut præcedente libro oſtendimus. Addantur ergo anni ſolidi quatuor ad annum mundi 3346, eritque annus quintus Iojachim, annus mundi 3350. Habet autem hic annus inſignem characterem, ex quo commodè agnoſci poteſt, fuit enim is annus triceſimus à memorabili Epocha, quam Propheta quidem non nominat, ſed quæ ex Scriptura ſatis nota eſt, Epocha ſcz. anni decimioctavi pii Regis Ioſiæ, in quo inventus eſt liber legis, cultuſque divinus ex lege Dei reſtitutus, & fœdus cum Deo redintegratum, & feſtum Paſchatis tanta ſolennitate celebratum eſt, ut à diebus Iudicum, qui judicarunt Iſraelem, aut ullis diebus Regum Iſraelis, aut Regum Iuda, par Paſcha celebratum non fuerit. 2 Reg. 23. 22. Erat ergo hic annus valde memorabilis, & dignus à quo Propheta ſequentia Eccleſiæ tempora numeraret.

Ezech. 1. 1. 2.

Quod

Digitized by Google

Quod autem quintus annus à deportatione Iojachim, fuerit triceſimus annus à decimooctavo anno Regis Ioſiæ, ita oſtenditur. Ioſias cæpit regnare anno mundi 3304, e ſuperioris libri computo Adde igitur ad hunc annos ſeptendecim plenos, fietque decimusoctavus annus Ioſiæ Regis, annus mundi 3321. Quintus verò annus à deportatione Regis Iojachim, fuit annus mundi 3350, qui diſtat ab anno mundi 3321, annis plenis 29. Itaque annus mundi 3321 erat triceſimus annus à decimooctavo anno Regis Ioſiæ, & quintus annus à deportatione Regis Iojachim. Omnibus modis ut Ezechiel ſcribit capite 1, ſuæ prophetiæ. Quod erat nobis probandum.

De octavo anno Regis Sedechiæ Sabbatico. Caput VIII.

CVM Nebucadnezar magnus Babyloniæ Rex, omnibus ſuis copiis oppugnaret Hieroſolyma, & civitates omnes munitas eorum, egrediebatur exercitus Pharaonis ex Ægypto opitulatum Regi Sedechiæ. Quod cum Chaldæi audiviſſent, qui obſidebant Hieroſolyma, ſolverunt obſidionem ad tempus & Pharaonis exercitum profligatū iverunt, Ier. 37. 5. Factum id eſt anno Sedechiæ Regis octavo exeunte. Nono enim anno Regis Sedechiæ, menſe decimo, iterum obſeſſa fuit civitas à Chaldæis, & undecimo Sedechiæ anno, menſe quarto, venit urbs in poteſtatem Regis Babyloniæ, Ierem. 39. 1. 2.

Erat verò octavus annus Regis Sedechiæ Sabbaticus. Nam cum Iudæi in prima obſidione præſentem viderent Dei iram, eamque ſancta divinæ legis obſervatione avertendam eſſe judicarent, promulgarunt occaſione anni Sabbatici, qui tunc currebat, ſervorum libertatem, ex lege Exod. 21. 2.. Verùm cum paulò poſt viderent Chaldæos obſidionem ſolvere, reverſi ſunt ad priſtinam nequitiam, & quos publica fide liberaverant, ut ante in ſervitutem vindicarunt. Vide 34 caput Ierem.

Apparet igitur ex hac hiſtoria, annum Sedechiæ octavum fuiſſe Sabbaticum. Erat verò is annus mundi 3353, quemadmodum ſuperiore libro oſtendimus. Idemque erat Sabbaticus, ut calculus noſter probat. Divide enim annos mundi 3353 per 7, & quotiens præbebit annos Sabbaticos 479 exactè à mundi primordio. Vel ſubducito annum

Exodi

Exodi 2450 ex anno mundi 3353, & reſidui erunt anni 903. Partire hos per 7, & quotiens exhibebit annos Sabbaticos 129 accuratè ab anno Exodi. Erat ergo annus mundi 3353 Sabbaticus, & proinde idem annus erat annus Regis Sedechiæ octavus. Quod erat nobis probandum.

De undecimo anno Regis Sedechiæ, eiuſq; characteribus Caput IX.

ANNUS Regis Sedechiæ undecimus, qui eſt annus mundi 3356, unus eſt ex præcipuis, qui recenſentur in ſacra ſcriptura. Eſt enim tanquam terminus antecedentium mundi annorum, & tanquam Epocha ſequentium, adeo ut ſine eius cognitione calculus Chronologicus ſacer ad Chriſtum deduci nequeat. Habet verò idem annus valdè præclaros characteres, ex quibus certò agnoſci, & à cœteris mundi annis commodè ſecerni poteſt.

Primùm enim ſignatus eſt duorum Regum annis, undecimo ſcz anno Sedechiæ Regis 2 Reg. 15. 7, & decimonono Nebucadnezaris, Ierem. 52. 12. Idque non ſine gravi cauſa. Conſtat enim ex ſacris literis annos Regum Iuda exire ultimo anno Sedechiæ Regis Iuda; & Spiritum Sanctum poſt Sedechiæ tempora, diſtinguere annorum mundi periodos, per Ethnicorum Regum annos, Nebucadnezaris, Cyri, Darii Hyſtaſpis, Darii Longimani, Tiberii Cæſaris, & aliorum, ut etiam præcedente libro monuimus. At verò à Sedechia Rege non datur progreſſus ad Nebucadnezarem Regem Babyloniæ, niſi primùm Sedechiæ anni, Nebucadnezaris annis connexi ſint. Neceſſum igitur fuit ut Spiritus Sanctus horum Regum annos connecteret, quò ab anno undecimo Sedechiæ ſeries annorum mundi continuari poſſet, per XIX annum Nebucadnezaris, ad ſequentium Ethnicorum Regum annos, atque inde ad Chriſtum ipſum. Obſerva igitur hîc ſummam Dei providentiam, & bonitatem, qui ut calculum chronologicum ſacrum perfectum efficeret, voluit Sedechiæ Regis, & Nebucadnezaris annos inter ſe ſociare, Certum enim eſt calculum chronologicum ſacrum, citra hanc annorum connexionem, nunquam perfici potuiſſe.

Cæterum quod undecimus annus Sedechiæ fuerit decimus nonus

annus Nebucadnezaris, teſtatur non modò Ieremias capite 52. 12 prophetiæ ſuæ, ſed & calculus chronologicus ſacer manifeſtè probat. Annus enim quartus Regis Iojachim, fuit primus annus Nebucadnezaris, Ierem. 25. 1. At quartus annus Iojachim erat annus mundi 3338, ut ſuperiore libro oſtendimus: Idemque diſtat ab anno mundi 3356, hoc eſt ab undecimo anno Sedechiæ, annis plenis 18. Vndecimus igitur annus Sedechiæ eſt annus decimus nonus Nebucadnezaris; & proinde annus mundi 3356 eſt annus Sedechiæ Regis undecimus, & Nebucadnezaris decimus nonus. Quod erat nobis probandum.

Secundò anni iniquitatis Iſrael trecenti & nonaginta, & anni iniquitatis Iuda quadraginta, hoc ipſo anno terminantur, ſecundùm Ezechielis vaticinium, quod extat capite quarto ſuæ prophetiæ, verſ. 5. 6. Inceperunt enim anni iniquitatis Iſrael anno ſecundo Regis Ieroboam, qui erat annus mundi 2966, ut præcedente libro probavimus. Idemque annus abeſt ab anno mundi 3356 annis plenis 390. Itaque anni iniquitatis Iſrael eo ipſo anno exiverunt. Quod ad annos iniquitatis Iuda attinet, Ieremias inchoat illos ab anno XIII Regis Ioſiæ. Ier. 25.3. Erat autem XIII annus Ioſiæ, annus mundi 3316, ut ſuperiore libro oſtendimus. Iſque diſtat ab anno mundi 3356 ſolidis annis 40. Quamobrem & anni iniquitatis Iuda eodem anno deſierunt. Palam igitur eſt annum mundi 3356 eſſe annum undecimum Regis Sedechiæ, in quo completi fuerunt anni iniquitatis Iſrael 390, & anni 40 iniquitatis Iuda. Quod etiam nobis erat probandum.

Tertiò, familia Iojarib miniſtravit eodem anno in templo, nono die menſis Ab. Hoc enim Iudæi habent per traditionem, quemadmodum docent Rythmici verſiculi, quos in rei memoriam quotannis eo die canunt, in lugubri ſuo carmine, his verbis,

Die nona menſis Ab, hora veſpertini temporis,
Quum eſſem in vigiliâ meâ Vigilia Iojarib,
Introiit hoſtis, & ſacrificia ſua obtulit,
Ingreſſus eſt in ſanctuarium injuſſu DEI.

Qui verſiculi manifeſtè probant familiam Iojarib fuiſſe in ſua vigilia, hoc eſt Ephemeriam ſuam in templo obſervaſſe, nono die menſis Ab veſpertino tempore, hoc eſt, pridiè quam Chaldæi domum Dei comburerent. Id autem revera eo die contigit quemadmodum calculus

lus chronologicus demonſtrat. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 3 diem Aprilis anni mundi Iuliani 3356, numerantur anni Iuliani pleni 3355, menſes communes tres, & dies duo. Quibus debentur hi motus

	Sex.	gr.	'	''
Solis medii	0	4	18	30
Lunæ à Sole	0	2	30	7

Erat igitur tertius dies Aprilis novilunium medium, & quartus dies Aprilis primus dies Niſan. Abeſt autem primus dies Niſan à nono die menſis Ab, diebus plenis 126; qui ſi addantur ad 4 diem Aprilis, cadit nonus dies menſis Ab in octavum diem Auguſti, qui erat feria ſexta. Nam Cyclus Solis erat 19, & litera Dominicalis E. Oportet ergo familiam, quæ tunc miniſtrabat in Templo, inìviſſe functionem ſuam præcedente die Sabbati, qui erat ſecundus dies Auguſti.

Obſervabat autem tunc vices ſuas in templo familia Iciarib. Nam à ſexto die Octobris anni mundi 2923 (in quo familia Iojarib hieraticum ordinem inchoavit, ſicuti demonſtratum eſt quarto capite huius libri) ad ſecundum diem Auguſti anni mundi 3356, fluxerunt anni Iuliani pleni 432, & dies 300. hoc eſt, dies in univerſum 158088. Duc enim annos 432 in dies 365, & habebis dies 157680. Divide deinde annos 432 per 4, & quotiens dabit intercalares dies 108. Quos adde cum diebus 300 ad dies 157680, fietque ſumma dierum omnium 158088. Partire hos in dies 168, qui conficiunt unum hieraticum orbem, prodibuntque hieratici orbes 941, ſine ullo dierum exceſſu vel defectu. Vnde palam eſt, familiam Iojarib ingreſſam eſſe functionem ſuam in templo, tum anno mundi 2923, ſexto die Octobris, tum anno mundi 3356, ſecundo die Auguſti; & proinde veriſsimum eſſe quod Iudæi habent per traditionem, familiam Iojarib obſervaſſe vices ſuas in templo, nono die menſis Ab, pridiè quam Chaldæi domum Dei conflagrarent.

Hic tertius eſt huius anni character, qui etiam evidenter probat annum mundi 3356 eſſe annum undecimum Sedechiæ Regis, & 19 Nebucadnezaris, in quo Chaldæi templum Dei exuſſerunt. Errant igitur Chronologi omnes, qui à mundi primordio ad undecimum annum Sedechiæ Regis, vel plures vel pauciores annos numerant quàm 3355½. Nam & ſacræ ſcripturæ computus præcisè tot annos exhibet, & tres Characteres quos Spiritus Sanctus huic anno impreſsit, eundem annorum numerum apertè confirmant.

Digitized by Google

ſes communes duo, dies 25. Quibus debentur hi motus.

	Sex	gr.	/	//
Solis medii	0	0	1	8
Lunæ à Sole	0	1	3	53

Erat igitur 26 dies Aprilis Novilunium medium, & ſequens dies primus Niſan. Intercedunt autem inter primum diem Niſan, & 25 diem menſis Ciſleu dies pleni 260. Qui ſi addantur ad 27 diem Martij, cadit 25 dies menſis Ciſleu in 12 diem Decembris, qui erat dies Sabbati. Nam Cyclus Solis erat 14 & litera Dominicalis D. Manifeſtum igitur eſt 25 diem Ciſleu anno mundi 3799 fuiſſe diem Sabbati, & proin annum mundi 3799 eſſe annum Græcorum 148. Quod erat nobis probandum.

De anno Græcorum centeſimo & quinquageſimo, Sabbatico. Caput XI.

ANNO Græcorum centeſimo & quinquageſimo, qui fuit annus mundi 3801, Antiochus cognomento Eupator, aſcendit Hieroſolyma cum copiis centies mille peditum, & vicies mille equitum, Elephantorumque triginta duorum, ut caſtra poneret in Iudæam. Adortus autem primò eſt Bethſuranos, qui fame coacti, propter annum Sabbaticum, ſe Regi dediderunt. Poſt caſtra poſuit ad arcem Sionis, quam & milite, & bellicis machinis multis diebus fuſtra oppugnavit. Obſeſsi enim arcem ita defendebant ut Rex nihil proficeret. Cum igitur obſidio protraheretur in longum tempus, & Rex in animo haberet eam ſolvere, obtulit Iudæ Maccabæo, & iis qui cum eo erant, pacis conditiones, quas illi libenter acceperunt, eo quod & ipſis cibaria in vaſis deficerent, ob annum Sabbaticum. Vide 1. Maccab. 6. 20 & ſequentibus verſiculis. Habet ergo annus Græcorum centeſimus quinquageſimus anni Sabbatici notam.

Erat autem annus Græcorum 150, annus mundi 3801. Adde enim ad annum mundi 3652 annos plenos 149, fietque annus Græcorum 150, annus mundi 3801. Partire hunc per 7, & quotiens

tiens dabit annos Sabbaticos 543 exactè à mundi principio. Vel tolle annum Exodi 2450 ex anno mundi 3801, & reliqui erunt anni 1351. Quos divide per 7 & habebis in quotiente annos Sabbaticos 193 accuratè ab Exodo. Erat igitur annus mundi 3801 Sabbaticus, & proinde Græcorum annus centeſimus & quinquageſimus. Quod erat nobis probandum.

De anno Græcorum centeſimo & ſeptuageſimo octavo, Sabbatico.

Caput XII.

ANNO Græcorum centeſimo & ſeptuageſimo octavo, menſe undecimo, quem Hebræi Sebat appellant, Simon Maccabæus perfidioſè occiſus eſt à genero ſuo Ptoelmæo in caſtello Dok. 1. Maccab. 16. 15 &c. Succeſſit ei ſtatim in ſacerdotio filius Ioannes Hyrcanus, qui ut Patris necem vindicaret, adduxit exercitum adverſus Ptolemæum paricidam, eumque in caſtello Dok concluſit. Verùm cum aliquamdiu arma contra eum moviſſet, partim pietate motus, quod mater & frater, quoties oppugnaret arcem, horrendis modis à Ptolemæo excruciarentur, partim quod annus Sabbaticus eſſet, abduxit exercitum anno Græcorum 178. Erat igitur annus Græcorum 178 Sabbaticus. Vide Ioſephum libro Antiquit. XIII, capite XV.

Reſpondet autem annus Græcorum 178, anno mundi 3829. Adijce enim ad annum mundi 3652 annos plenos 177, fietque annus Græcorum 178, annus mundi 3829. Is verò erat Sabbaticus. Divide enim illum per 7, eruntque in quotiente anni Sabbatici præciſe 547 à mundi initio. Aut ſubducito annum Exodi 2450 ex anno mundi 3829, & reſiduos annos 1379 partire per 7, & habebis in quotiente annos Sabbaticos 197 exactè ab anno Exodi. Erat igitur annus mundi 3829 Sabbaticus, & proinde Græcorum annus 178. Quod erat nobis probandum.

De

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

De anno Græcorum centeſimo & ſeptuageſimo nono. Caput XIII.

ANNO Græcorum centeſimo & ſeptuageſimo nono, qui erat primus annus Sacerdotij Ioannis Hyrcani, Antiochus Sedetes Syriæ Rex, cuius auxilium parricida Ptolemæus per literas imploraverat, collecto exercitu Iudæam ingreſſus eſt, & Hieroſolymorum urbem obſidione cinxit, & in illa Ioannem Hyrcanum. Feſto autem Paſchatis (non Scenopegias, ut malè habet Ioſephus) Antiochus ab Hyrcano rogatus, conceſſit obſeſsis, feſti gratia, ſeptem dierum inducias, & magnificentiſſimum ſacrificium ipſe in urbem miſit, unde Pii appellationem meruit. Ioannes verò Hyrcanus hac eius pietate motus pacem cum eo fecit, ipſumque cum exercitu in urbem recepit. Sequutus deinde eſt ipſum in expeditione in Parthos. In itinere autem incidit feſtum Iudaicum, propter quod non licebat Hyrcano biduo iter facere. Rogavit itaque Regem, ut toto biduo profectio differretur, quia Iudæorum ἑορτῇ omnes eſſent ἀνεξόδευτοι. Impetravit hoc à Rege. Ioſephus ſcribit id factum eſſe in feſtivitate Pentecoſtes, in qua tunc erant duo feſti dies continui, Pentecoſte ſcz & Sabbatum. Vide Ioſephum libro Antiquit. Iudaic. 13, capite 16. *Macc. 16. 18.*

Calculus noſter idem probat. Nam annus Græcorum 179, eſt annus mundi Iulianus 3830. Numerantur autem ab Epocha mundi Iuliana ad 12 Aprilis anni mundi Iuliani 3830, anni Iuliani pleni 3829, menſes Biſextiles tres, & dies 11. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*/.*	*//*
Solis medii	0	17	11	48
Lunæ à Sole	0	4	8	30.

Erat igitur duodecimo die Aprilis Novilunium medium, & ſequenti die primus Niſan. Abeſt autem Pentecoſte à primo die Niſan diebus plenis 63, qui ſi addantur ad 13 diem Aprilis, cadit Pentecoſte in 15 diem Iunij qui erat feria ſexta. Nam Cyclus Solis erat 17, & literæ Dominicales A & G. Decimus ſextus verò Iunij erat dies Sabbati. Concurrebant igitur tunc Pentecoſte & Sabbatum, propter

quæ

non licebat Hyrcano biduo iter facere. Quod erat nobis probandum.

Porro quod induciæ illæ dierum ſeptem, quas Antiochus Hyrcano conceſsit, inciderint in feſtum Paſchatis, non verò in feſtum Scenopegias, ita oſtenditur. Scenopegias feſtum poſtulabat octo dierum inducias, quia eius feſtivitas definitur in lege diebus octo. Levitic. 23 36. Paſchatis verò ſolennitas, poſcebat tantum dies ſeptem. Exod. 12. 15 16. Clamat itaque res ipſa, inducias illas ſeptem dierum deberi feſto Paſchatis, non autem feſto Scenopegias. Secundò teſtatur Ioſephus Hyrcanum, poſt ſeptem illorum dierum inducias, fœdus iciſſe cum Antiocho, & mox cum ſuis auxiliis ſequutum eſſe Antiochum in expeditionem Parthicam: Cumque ad Lycum fluvium veniſſet, hæſiſse ibi biduum cum toto exercitu, propter duo ſolennia continua quæ tunc fortè incidebant. Demonſtravimus autem paulò ante ea incidiſſe in feſtivitatem Pentecoſtes, quemadmodum & Ioſephus ſcribit. Hinc ergo efficitur inducias illas Hyrcano conceſſas eſſe in feſto Paſchatis proximè antecedente, non autem in feſto Scenopegias vel præcedente vel ſubſequente. Præcedens enim Scenopegiæ feſtivitas agitata eſt anno Græcorum 178, cum Simon Maccabæus ad huc eſſet in vivis, & Antiochus quietè ageret in regno ſuo. Sequens verò Scenopegia celebrata eſt anno Græcorum 179, poſt duo illa continua ſolennia in feſto Pentecoſtes. Itaque luce clarius eſt Antiochum obſediſſe Hieroſolyma circa feſtum Paſchatis anno Græcorum 179, non autem circa feſtum Scenopegias, vel præcedens, vel ſequens. Quod erat nobis demonſtrandum.

1. Macc. 16. 14. & 18.

De anno ſexcenteſimo & nonageſimo ab urbe condita, atque eius charactere.

Caput XIIII.

Anno ab urbe condita ſexcenteſimo & nonageſimo, M. Tullio Cicerone, & C. Antonio Coſſ; Pompeius magnus armata manu expugnavit Hieroſolyma, 17 die menſis Thamus, in die ſolennis jejunij; interfecitque viginti duo Iudæorum millia. Ingreſſus etiam eſt templi adytum

tum

tum, eaque perluſtravit, quæ ſolis Sacerdotibus adſpicere licebat. Hieroſolyma Romanis fecit tributaria, Regemque Ariſtobulum cum duobus filijs Romam abduxit ad triumphum. Vide Ioſephum libro Antiquit. Iudaic. XIIII cap VIII. Xiphilinus verò ſcribit in Pompeio, Hieroſolyma capta eſſe die Sabbati, idque etiam Dion affirmat libro XXXVII. Itaque & hic annus ex charactere ſuo notus eſt.

Eſt enim annus 690 ab urbe condita, annus mundi 3900. Nam 141 annus à Nabonnaſſare eſt annus mundi 3356, ut præcedente libro demonſtratum eſt. Aufer igitur annos plenos 140 ab anno mundi 3356, eritque primus annus Nabonnaſſaris annus mundi 3216 Antecedit autem Epocha urbis conditæ Epocham Nabonnaſſaris annis quinque, ut in capite de Epochis oſtendimus. Itaque primus annus urbis conditæ eſt annus mundi 3211. Adde igitur ad annum mundi 3211 annos plenos ab urbe condita 689 datos, fietque annus ab urbe condita 690, annus mundi 3900.

Primus annus Nabonnaſſaris eſt annus mũdi 3216 Primus annus Romæ conditæ eſt annus mũdi 3211.

Docet autem calculus Chronologicus 17 diem menſis Thamus incidiſſe eo anno in diem Sabbati Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 20 diem Martij anni mundi Iuliani 3900, ſunt anni ſolidi 3899, menſes communes duo, dies 19. Quibus conveniunt ſequentes motus.

	Sex.	gr.	′	″
Solis medii	5	54	37	24
Lunæ à Sole	0	4	35	43

Erat igitur 20 dies Martij Novilunium medium, & ſequens dies primus Niſan. Intercedunt verò inter primum diem Niſan, & 17 diem Thamus dies pleni 105, qui ſi addantur ad 21 diem Martij, incurrit 17 dies menſis Thamus in quartum diem Iulij. qui erat dies Sabbati. Nam Cyclus Solis erat 3, & litera Dominicalis D. Palam itaque eſt 17 diem menſis Thamus anno mundi 3900 fuiſſe diem Sabbati, & proinde annum mundi 3900 eſſe annum ab urbe condita 690. Quod erat nobis probandum.

Eſt autem graphicum σφάλμα in textu Ioſephi libro Antiquit. XIIII capite 8 & 28, ubi dies ſolennis jejunij confertur in menſem tertium. Conſtat enim ex Iudæorum feſtivitatibus, ſolenne illud jejunium deberi 17 diei menſis Thamus. Quamobrem pro tertio menſe legendus eſt quartus menſis. Nam & Hebraicus Ioſephi textus habet quartum menſem, non tertium, teſte Buntingo in anno mundi 3932.

T De

Digitized by Google

De anno ab Vrbe condita ſeptingenteſimo & decimo ſeptimo, eiuſq; characteribus. Caput XV.

ANNO ab Vrbe condita ſeptingenteſimo & decimo ſeptimo, Herodes & Soſius expugnarunt Hieroſolyma, 17 die menſis Thamus, in ſolenni Iudæorum jejunio: quo etiam die ante annos 27 urbs capta fuerat à Pompeio magno. Antigonus ultimus Rex è familia Aſmonæorum dedidit ſe Soſio, qui & ignominioſè excepit illum, & captivum abduxit Antiochiam ad Antonium. Antonius verò multis pecuniis ab Herode inductus, Antigonum ſuſtulit. Vide Ioſephum libro Antiquit. Iudaic. XIIII cap. 28. Scribit autem Dion, nobilis hiſtoricus, libro XLIX, Hieroſolyma ab Herode & Soſio capta eſſe die Sabbati. Et Ioſephus teſtatur eum annum fuiſſe Sabbaticum, libro Antiquit. XIIII cap. 28, & XV lib capit. I. Quamobrem & hic annus ex ſuis characterib' notus eſt.

Eſt enim annus ab urbe condita 717, annus mundi 3927. Aggrega enim ad annum mundi 3211, annos ſolidos ab urbe condita 716, fietque annus 717 ab urbe condita, annus mundi 3927. Erat autem hic annus Sabbaticus. Nam ſi partiaris annos 3927 per 7, habebis in quotiente annos à mundi principio Sabbaticos 561 exactè. Aut ſi annum Exodi 2450 auferas ex anno mundi 3927, erunt anni reſidui 1477, qui diviſi per 7, præbent annos Sabbaticos ab Exodo 211 accuratè. Habet igitur annus mundi 3927 notam anni Sabbatici, quam Ioſephus tribuit anno expugnatæ urbis Hieroſolymorum ab Herode & Soſio.

Sed & aliam notam habet, vcz quod dies captæ urbis fuerit dies Sabbati. Nam ab Epocha mundi Iuliana, ad 25 diem Martij anni mundi Iuliani 3927, numerantur anni Iuliani pleni 3926, menſes communes duo, dies 20. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	gr.	l.	ll
Solis medii	5	56	3	36
Lunæ à Sole	0	1	58	18

Erat igitur vigeſimo primo die Martij Novilunium medium, & 22 die primus Niſan. Sunt autem inter primum diem Niſan, & 17 diem menſis Thamus, dies pleni 105: quos ſi addas ad 22 diem Martij, incidit 17 dies menſis Thamus in 5 diem Iulij, qui erat dies Sabbati.

Nam

Nam Cyclus Solis erat 2, & Litera Dominicalis E. Habet ergo annus mundi 3927 etiam characterem quem Dion conſignavit in die captæ urbis ab Herode & Soſio: & proin annus mundi 3927, eſt ipſe ann⁹ 717 ab urbe condita, in quo Hieroſolyma capta fuerunt ab Herode & Soſio.

Atqui Ioſephus ſcribit libro Antiquit. XIIII capite 28, Herodem & Soſium expugnaſſe Hieroſolyma anno ab urbe condita 716, cũ Conſules Romæ eſſent M. Agrippa & Canidius Gallus? Fateor; ſed errat Ioſephus integro anno à verò. Nam ab expugnatis Hieroſolymis à Pompeio Magno, ad capta eadem iterum ab Herode & Soſio, fluxerunt anni ſolidi 27, quemadmodum Ioſephus ſcribit libro & capite citato. Pompeius verò occupavit Hieroſolyma, anno ab urbe condita 690, Conſulibus M. Tullio Cicerone, & C. Antonio, uti idem ſcribit libro Antiquit. XIIII capite 8. Conſequens igitur eſt Hieroſolyma ab Herode & Soſio expugnata eſſe, anno ab urbe condita 717, non autem 716. Adde enim ad annum ab urbe condita 690, ſolidos annos 27, cadetque ſecunda Hieroſolymorum expugnatio in annum ab urbe condita 717, non autem in annum 716.

Præterea character anni Sabbatici, quem Ioſephus notat in anno quo Herodes & Soſius ceperunt Hieroſolyma, & nota Sabbati diei quam Dion confert in diem expugnatæ urbis, congruunt anno ab urbe condita 717, minimè verò anno 716.

Tertiò teſtatur Ioſephus libro Antiquitatum XV, cap. VII, ſeptimum annum Herodis ab expugnatis Hieroſolymis, fuiſſe primum annum Actiacæ victoriæ. Cadit autem Actiaca victoria in annum exceſſus Antonij, & Alexandriæ captæ; hoc eſt, in annum ab urbe condita 723, vel à nece Iulij 15. Antonius enim & Cæſar, poſt interfectum Iulium, totos annos 14 imperium communicaverant; Cæſar verò, ab exceſſu Antonij, ſolus imperavit, ut rectè notavit Ioſephus libro Antiquit. XVIII, cap. III. Aufer ergo ſolidos annos ſex, ex anno ab urbe condita 723, eritque primus annus regni Herodis, à clade Antigoni, annus ab urbe condita 717, ut ante.

Poſtremò ſcribit Ioſephus libro Antiquit, XVII, cap. X. & libro I de bello Iudaico cap. XXI, Herodem accepiſſe regnum à Romanis, ſolido triennio ante occupata Hieroſolyma. Idemque refert libro Antiquit. XVI cap. IX, Herodem inſtauraſſe ludicrum Olympiadis 192ᵃ, 28 anno regni ſui. Acta verò eſt 192ᵃ Olympias anno ab urbe condita 741. Aufer igitur ex anno 741 ab urbe condita, ſolidos annos 27,

eritque primus annus regni Herodis, ex quo à Romanis creatus fuerat Rex, annus ab urbe condita 714, qui ſolidum triennium antecedit annum ab urbe condita 717, quo Hieroſolyma, ab Herode & Soſio, expugnata fuerunt.

Certum igitur eſt, primum Regni Herodis initium, pendere ab anno ab urbe condita 714, alterum verò ab anno 717. Quæ nobis hoc loco fuerunt demonſtranda.

De anno exceſſus Herodis, eiuſq́ notis. Caput XVI.

CONSTITUTO iam regni Herodis initio, promptum eſt ex Ioſepho definire annum, quo Herodes exceſsit è vivis. Primum enim ſcribit Ioſephus libro Antiquit. XVII, capite X, & libro primo de bello Iudaico cap. XXI, Herodem eſſe mortuum annis 34, poſt devictum Antigonum. Incidit autem clades Antigoni, in annum ab urbe condita 717, ut præcedente capite oſtenſum eſt. Adde igitur ad annum ab urbe condita 717, ſolidos annos 34, cadetque mors Herodis in annum ab urbe condita 751.

Secundò ſcribit idem Autor, Herodem obijſſe annis 37, poſtquam creatus fuerat Rex à Senatu Romano. Demonſtratum verò à Nobis eſt antecedente capite, Herodem creatum eſſe Regem à Romanis, anno ab urbe condita 714. Adde ergo ad annum ab urbe condita 714, annos plenos 37, & incurret ipſius mors, in annum ab urbe condita 751, ut ſupra.

Tertiò affirmat Ioſephus libro Antiquit. XVII, cap. VIII, Herodem eſſe defunctum, cum accederet ad annum ætatis 70; hoc eſt, ut ipſe ſe interpretatur, libro primo de bello Iudaico cap. XXI, cum natus eſſet annos ferè 70. Compleverat autem Herodes annos proximè 25, poſt confectum à Iulio Cæſare bellum Alexandrinum, uti idem Scriptor refert libro Antiquit. XIIII, capite XV, & XVII (quod fuit anno ab urbe condita 706, Q. Fuſio Calano, & P. Vatinio Coſſ.) Aufer igitur ab annis 706, annos 25 ætatis Herodis propemodum plenos, & cadent natales Herodis, in annum ab urbe condita 681. Quibus adde annos

vitæ

Digitized by Google

vitæ Herodis 70, cadetque mors Herodis in annum ab urbe condita 751, ut ante.

Quartò teſtatur Ioſephus, libro Antiquit. XVIII, cap. III, Archelaum relegatum eſſe in exilium, anno 37 poſt Actiacam victoriam; quod fuit anno ab urbe condita 760. Atqui Archelaus miſſus eſt in exilium, anno Principatus ſui decimo, quemamodum idem Scriptor notat libro Antiquit. XVII, cap. XV. Aufer ergo annos plenos 9 ex anno ab urbe condita 760, & reliquus erit annus 751, pro anno mortis Herodis.

Quintò refert Ioſephus libro Antiquit. XVIII, cap. VI, Philippum fratrem Herodis Tetrarchæ, præfuiſſe Trachonitidi, & Gaulonitidi, ac Batanææ annis 37; diemque ſuum obijſſe eo anno, quo Artabanus Rex Parthiæ, ſeipſe in regnum ſuum reſtituiſſet. Teſtatur verò Dion libro LVIII, id factum eſſe anno ab urbe condita 788, Sexto Papinio, & Q. Plautio Conſulibus. Aufer igitur ex anno ab urbe condita 788, Principatus Philippi annos 37, & reliquus erit annus ab urbe condita 751, pro anno exceſſus Herodis, ut ſupra.

Poſtremò perhibet Ioſephus, libro Antiquit. XVII, cap. VIII, Lunam paſſam eſſe deliquium, ipſo anno Herodianæ mortis, & quidem cum morbus eius ingraveſceret. Defecit autem luna ad digitos 7½, anno ab urbe condita 751, 20 die Ianuarij, paulò ante Solis occaſum in Syria: Conſequens igitur eſt Herodem eo anno eſſe mortuum.

Atque hæ quidem rationes ſatis ſuperque probant, Herodem exceſſiſſe è vivis anno ab urbe condita 751, integro anno & trimeſtri poſt Chriſti nativitatem. Subijcio nunc Eclipſis Lunæ Calculum, quæ facta eſt anno ab urbe condita 751, aliquot menſibus ante mortem Herodis, ne quis de præclaro hoc charactere ſcrupulum moveat.

Caculus Eclipſis Lunæ, quæ facta eſt anno ab urbe condita 751, Ianuarij die XX.

Ab initio annorum Iulij, ad Eclipſin hanc numerantur, anni Iuliani pleni 43, dies 19, hora 0. 7, ſub Meridiano Goeſano. Hoc eſt Sexagenæ dierum 4, 22, dies 4, 0 17½. Quibus debentur hi motus.

Æquinoctiorum.

	Sex.	gr.	I.	II
Anomaliæ	0	14	16	45
Proſthaphæreſis ſubtrahenda.			18	16

Solis.

	Sex.	gr.	I.	II
Medius	4	56	49	59
Medius æquatus	4	56	31	43
Anomaliæ centri	5	59	45	57
Proſthaphæreſis centri addenda			1	15
Scrupula proportionalia			60	0
Apogæi medius	1	5	7	18
Apogæi medius æquatus	1	4	49	2
Apogæi verus	1	4	50	17
Anomaliæ verus	3	51	41	26
Proſthaphæreſis orbis addenda		1	56	41
Ergo Sol erat in grad.		28	28	24 ♑
Aſcenſio recta Solis temp. 300 35.				

Lunæ.

	Sex.	gr.	I.	II
Longitudinis à Sole ſimplex	2	57	1	27
Duplus	5	54	2	54
Proſthaphæreſis centri ſubtrahenda			48	30
Scrupula proportionalia			0	13
Anomaliæ medius	4	31	44	30
Anomaliæ verus	4	30	56	0
Proſthaphæreſis orbis addenda		4	55	1
Lunæ medius æquatus	1	53	13	10
Ergo Luna erat in grad.		28	28	11
Latitudinis medius	1	17	49	0
Latitudinis Verus	1	22	44	1
Ergo latitudo Lunæ borea decreſcens			37	55

Semedia-

Semidiameter Lunæ	16	12
Semidiameter umbræ	42	8
Summa ſemidiametrorum	58	20
Huius & Latitudinis Lunæ differentia eſt	20	25
Ergo digiti Ecliptici 7. 33.		
Scrupula incidentiæ	44	29
Motus horarius Lunæ à Sole	29	52
Ergo tempus incidentiæ horæ 1. 30.		
Finis Eclipſis Goeſæ, hora à meridie 1. 37.		

Propter diſcrimen Meridianorum addendæ ſunt in Syria, horæ 3 30. Itaque finis Eclipſis in Syria fuit horis à meridie 5. 7. dimidio quadrante horæ poſt Solis occaſum. Potuit ergo finis Eclipſis in Syria commodè conſpici, præſertim cum Luna Horiſontem conſcendens, refractionem faceret ſcrupulorum ſaltem 33. Itaque verum eſt quod Ioſephus de Eclipſi Lunæ, eo anno, eoque anni tempore facta perhibet. Quod erat nobis demonſtrandum.

De natalibus Ioannis Baptiſtæ, & Chriſti, ex Ephemeria Zachariæ.

Caput XVII.

OSTENSUM à nobis eſt præcedente libro, Ieſum Chriſtum Dei filium natum eſſe Bethleemi, ex Maria Virgine, anno mundi 3960, vel ab urbe condita 750, circa 6 diem Ianuarij. Comprobanda nunc eſt huius rei veritas ex Ephemeria Zachariæ, cuius D. Lucas mentionem facit in Euangelio, capite 1 verſ 5. Incidit ea in 21 diem Octobris anni mundi 3958. Nam à 6 die Octobris anni mundi 2923 Communis, in quo Hieraticus ordo inchoatus eſt à familia Iojarib, ad 21 diem Octobris anni mundi Biſextilis 3958, numerantur anni Iuliani pleni 1035 & dies 15, hoc eſt dies in univerſum 378049. Qui diviſi per dies 168, dant orbes Hieraticos 225 cum diebus 49, hoc eſt ſeptimanis 7. Pervenerant igitur tunc vices octavæ ad Zachariam, qui erat ex familia Abia. 1. Chron 24 10, cæpitque tunc miniſtrare in templo. Sequente verò die Sabbati, qui erat 28 dies Octobris, impleti

ſunt

ſunt dies ipſius Miniſterij, ipſeque abijt domum ſuam, Luc. 1. 23. Sed poſt illos dies concepit Eliſabeth uxor eius,& occultavit ſe menſes quinque. Luc. 1. 24. Sexto deinde menſe à conceptione Ioannis Baptiſtæ,concepit Virgo Maria ex Spiritu ſancto, ſecundùm Angeli Gabrielis Euangeliſmum, Luc. 1, 26. Eliſabeth ergo concepit circa 6 diem Novembris anni mundi 3958, cum peracti eſſent dies novem ab egreſſu Zachariæ ex templo. Sed Chriſtus conceptus eſt anno mundi 3959 circa ſextum diem Aprilis, quinque ſolidis menſibus poſt conceptionem Ioannis Baptiſtæ. Certum verò eſt legitimam geſtationem compleri menſibus Iulianis novem, plùs minùs. Oportet igitur Ioannem Baptiſtum eſſe natum anno mundi 3959 circa 6 diem Auguſti, & Ieſum Chriſtum anno mundi 3960, circa 6 diem Ianuarij. Quod erat nobis probandum.

Hæc eſt illa demonſtratio anni & diei Natalis Ieſu Chriſti ex Ephemeria Zachariæ, quam ſuperiore libro promiſimus. Quæ ut perſpicua & certa eſt, ita etiam exactè convenit cum illis quas ibi adduximus. Itaque in his demonſtrationibus nobis acqueſcendum eſt, firmiterque credendum quod tot modis jam probavimus, Ieſum Chriſtum filium Dei natum eſſe Bethleemi anno mundi 3960, vel ab urbe condita 750, circa 6 diem Ianuarij, in quo hodiè Epiphaniæ feſtum celebratur.

Subijcio nunc aliquot menſes ex huius anni Calendario, ut hiſtoria Nativitatis Chriſti, & quæ eam ſequuta ſunt, ex illo melius intelligantur.

Calendarium Hiſtoricum ad annum mundi 3960, qui fuit annus ab urbe condita 750, quo Ieſus Chriſtus filius Dei natus eſt ex Maria Virgine, in oppido Judææ Bethleem. Cyclus Solis erat 7, Litera Dominicalis F.

Janua-

Ianuarius.

1	*a*	14	Thebet menſis X.
2	*b*	15	
3	*c*	16	
4	*d*	17	
5	*e*	18	Sabbatum.
6	F	19	*Nocte media quæ præceſſit hunc diem, natus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus in urbe Bethleem, inter Sabbati diem & diem Dominicum.*
7	*g*	20	
8	*a*	21	
9	*b*	22	
10	*c*	23	
11	*d*	24	
12	*e*	25	Sabbatum.
13	F	26	*Hoc die Chriſtus circumciſus eſt.*
14	*g*	27	
15	*a*	28	
16	*b*	29	
17	*c*	1	Sebath menſis XI.
18	*d*	2	
19	*e*	3	Sabbatum.
20	F	4	
21	*g*	5	
22	*a*	6	
23	*b*	7	
24	*c*	8	
25	*d*	9	
26	*e*	10	Sabbatum.
27	F	11	*Circa hoc tempus Magi ex Oriente advenerunt Hieroſolyma.*
28	*g*	12	
29	*a*	13	
30	*b*	14	
31	*c*	15	

Digitized by Google

Februarius.

1 *d* 16
2 *e* 17 Sabbatum.
3 F 18 *Magi cum ex Herode intellexiſſent Bethleem Urbem Iudææ ſſe Chriſti locum natalem, profecti ſunt, cum bona Herodis venia, Bethleemum, ubi Chriſtum invenerunt, adorarunt, & muneribus ſuis honorarunt.*
4 *g* 19
5 *a* 20
6 *b* 21 *Magi divinitus moniti, reverſi ſunt per aliam viam in regi-*
7 *c* 22 *onem ſuam.*
8 *d* 23 *Hoc die, cum Virgo Maria explevisſet purificationis dies 33,*
9 *e* 24 *Ioſephus monitus eſt ab Angelo in ſomno, ut cum Maria &*
puerulo fugeret in Ægyptum.
10 F 25 *Hoc die Ioſephus & Maria venerunt Hieroſolyma, & Chri-*
11 *g* 26 *ſtum ſtiterunt Domino in templo. Inde autem recta con-*
12 *a* 27 *tenderunt in Ægyptum.*
13 *b* 28
14 *c* 29
15 *d* 30
16 *e* 1 Adar menſis XII. Sabbatum.
17 F 2
18 *g* 3
19 *a* 4
20 *b* 5
21 *c* 6
22 *d* 7
23 *e* 8 Sabbatum.
24 F 9
25 *g* 10
26 *a* 11
27 *b* 12
28 *c* 13

Martius.

1 *d* 14
2 *e* 15 Sabbatum.

Digitized by Google

3	F	16	*Ioſephus cum Maria & puerulo fuerunt in Ægypto.*
4	g	17	
5	a	18	
6	b	19	
7	c	20	
8	d	21	
9	e	22	Sabbatum. *Circa hoc tempus Herodes iuſſit occidi infantes Bethleemiticos, & inter illos filium ſuum. Macrob. libro Saturnaliorum II.*
10	F	23	
11	g	24	
12	a	25	
13	b	26	
14	c	27	
15	d	28	
16	e	29	
17	F	30	
18	g	1	Niſan menſis I.
19	a	2	
20	b	3	
21	c	4	
22	d	5	
23	e	6	Sabbatum.
24	F	7	
25	g	8	
26	a	9	
27	b	10	
28	c	11	
29	d	12	
30	e	13	Sabbatum.
31	F	14	*Paſcha Iudæorum.*

Sequentes huius Calendarij menſes non addo, quia nihil extat in ſacris literis quod iis factum ſit. Id tantum hoc loco moneo, quod Noviluniũ menſis Niſan anno mundi 3959 factum ſit 27 die Martij. Nam Solis motus medius erat Sex. 0. 2. 12 46. & Lunæ à Sole Sexag. 0. 0. 32 21. Anno autem mundi 3960, Novilunium menſis Niſan fuit 17 die Martij. Erat enim tunc motus Solis medius Sex. 5 52 7 12: Et Lunæ à Sole Sexag. 0. 4 22 41. Cadebat ergo primus dies Niſan anno mundi 3959 in 28 diem Martij, & ſequente anno in diem Martij 18. Quod

V 2 indicare

indicare hoc loco volui, ne quis de calculi noſtri certitudine dubitaret.

De primo anno miniſterij Ieſu Chriſti, atque eius characteribus. Caput XVIII.

DE Chriſti natali anno & die iam ſatis ſuperque à nobis tractatum eſt. Oſtendimus enim Chriſtum eſſe natum Bethlecmi, ex Maria Virgine, anno mundi Iuliano 3960, ab Vrbe condita 750, à Nabonnaſſare 745, à Iulio Cæſare 43, ab Auguſto Cæſare 42, ab Actiaca Victoria 28, anno Herodis penultimo, ſolido triennio ante vulgarem Chriſti æram, die Ianuarij 6, in quo hodiè Epiphaniæ feſtivitas agitatur.

Agendum nunc eſt de primo anno Miniſterij Chriſti, quem Spiritus Sanctus multis præclaris notis ſignavit, quò commodè à cæteris mundi annis ſecerni poſſet. Quas ordine recenſebimus.

Primam proponit nobis D. Lucas in Euangelio, ubi ſcribit Chriſtum eſſe baptiſatum à Ioanne XV anno Cæſaris Tiberij, cumque mox à baptiſmo Miniſterium ſuum inchoaſſe, Luc. 3. 1. &c. Erat autem XV annus Tiberij annus ab Vrbe condita 780, & à Nabonnaſſare 775, & à Vulgari Chriſti æra 28, quemadmodum demonſtravimus præcedente libro capite X. Conſequens igitur eſt Chriſtum baptiſatum eſſe à Ioanne, & miniſterium ſuum iniviſſe, anno ab urbe condita 780, & à Nabonnaſſare 775, & à vulgari Chriſti æra 28.

Secundò ſcribit D. Lucas Chriſtum fuiſſe annorum quaſi triginta cum *inciperet* Meſſiæ munus, Luc. 3. 23. Adde igitur ad annum Chriſti natalem annos quaſi triginta, fietque primus annus Miniſterij Chriſti, annus mundi 3990, ab urbe condita 780, à Nabonnaſſare 775, à Iulio Cæſare 73, à Tiberio Cæſare 15, & à vulgari Chriſti æra 28, omnibus modis, ut ſupra.

Tertiò affirmat Angelus apud Danielem cap. 9. verſ. 25, ab edicto Artaxerxis Longimani de ædificandis, & reſtituendis Hieroſolymis, ad Chriſtum Principem, ſeptimanas eſſe 69, id eſt annos plenos 483. Oportet igitur Chriſtum iniviſſe principatum ſuum, anno ab edicto Artaxerxis Longimani 484. Id verò etiam calculus noſter docet. Demonſtratum enim à Nobis eſt ſuperiore libro, edictum Artaxerxis Longimani emanaſſe anno à Nabonnaſſare 291, primo die Niſan; hoc eſt.

eſt anno mundi Iuliano 3506, 26 die Martij. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 25 diem Martij anni mundi Iuliani 3506, numerantur anni Iuliani pleni 3505, menſes Biſextiles duo, dies 24. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*I*	*II*
Solis medii	5	57	3	53
Lunæ à Sole	5	59	27	34

Erat igitur 25 die Martij Novilunium medium, & ſequente die primus Niſan.

Secundò à nobis oſtenſum eſt eodem libro, Chriſtum baptiſatum eſſe à Ioanne, & iniviſſe principatum ſuum, anno mundi Iuliano 3990, circa 25 diem Ianuarij. Intercedunt autem inter edictum Artaxerxis Longimani & Chriſti baptiſmum, anni Iuliani pleni 483, cum menſibus decem: Et proinde Chriſtus baptiſatus eſt à Ioanne, & ingreſſus eſt Meſſiæ munus, anno ab edicto Artaxerxis Longimani 484, omninò ut Angelus vaticinatus eſt.

Quartò notat D. Ioannes in Euangelio, primum Miniſterij Chriſti annum fuiſſe 47 à jactis templi fundamentis per Herodem. Hoc enim eſt quod Iudæi affirmant, cum in anni huius Paſchate Chriſto objiciunt, templum Hieroſolymitanum fuiſſe ædificatum quadraginta & ſex annis. Loquuntur enim de templo quod ab Herode ædificatum fuerat. *Ioan.2.20.* Teſtatur verò Ioſephus libro Antiquit. XV capite 14, Herodem aggreſſum eſſe templi fabricam, 18 anno Regni ſui, puta à caſu Antigoni. Ioſephus enim toto eo libro annos regni Herodis putat, à devicto Antegono. Fuit autem 18 annus regni Herodis, annus ab Vrbe condita 734. Primus enim annus regni Herodis à clade Antigoni erat annus ab Vrbe condita 717, ut ſupra à nobis demonſtratum eſt. Oportet igitur 18 annum regni Herodis fuiſſe annum ab Vrbe condita 734, qui diſtat à primo anno Miniſterij Chriſti, puta ab anno ab Vrbe condita 780, annis ſolidis 46, omnibus modis ut Iudæi Chriſto objiciunt.

Poſtremò hic annus erat Sabbaticus. Divide enim annum mundi 3990 per 7, eruntque in quotiente anni Sabbatici 570 à mundi principio accuratè. Vel aufer annum Exodi 2450 ex anno mundi 3990, eruntque reſidui anni 1540. Quos partire per 7, dabitque quotiens annos Sabbaticos 220 ab Exodò præciſè. Eſt autem Euangelicæ hiſtoriæ conſentaneum, primum annum Miniſterij Chriſti fuiſſe Sabbaticum. Nam cum Chriſtus eo anno promulgarit Nazarethæ in Synagoga,

Digitized by Google

goga, ex capite 61 Ieſaiæ, annum acceptum Domini,& captivis dimiſſionem,utique tanquam digito indicavit, eum annū fuiſſe Sabbaticum.

Apparet itaque ex his quinque characteribus, annum mundi Iulianum 3990, vel ab Vrbe condita 780, vel à Nabonnaſſare 775, vel ab edicto Darij Longimani 484, vel à Iulio 73, vel à Tiberio 15, vel à vulgari Chriſti æra 28, ipſiſſimum eſſe annum in quo Chriſtus baptiſatus eſt, & Miniſterium ſuum incepit. Errant igitur Chronologi omnes qui Chriſtum alio anno ingreſſum eſſe munus ſuum contendunt. Nam quinque illi characteres quos Spiritus Sanctus huic anno impreſſit, non permittunt,ut primus annus Miniſterij Chriſti in alium annum mundi tranſferatur.

Sed hæc quidem ſunt quæ de primo anno Miniſterij Chriſti hoc loco nobis demonſtranda fuerunt. Addo nunc partem Calendarij huius anni, ut Hiſtoria Euangelica ex illo melius intelligatur.

Calendarium Hiſtoricum anni mundi Iuliani 3990, qui fuit primus annus Miniſterij Chriſti. Cyclus Solis erat 9, & Literæ Dominicales D *&* C.

Ianuarius.

1	*a*	15	Thebet menſis X.
2	*b*	16	
3	*c*	17	Sabbatum.
4	D	18	
5	*e*	19	*Circa hoc tempus cæpit Ioannes baptiſare in deſerto,& prædicare Baptiſmum reſipiſcentiæ ad remiſſionem peccatorum. Marc. 1. 4.*
6	*f*	20	
7	*g*	21	
8	*a*	22	
9	*b*	23	
10	*c*	24	Sabbatum.
11	D	25	*Hic dies,ſecundùm Ægyptios fuit 15 Tybi,quo aliqui ex veteribus ſenſerunt Chriſtum eſſe baptiſatum, teſte Clemente Alexandrino.*
12	*e*	26	
13	*f*	27	
14	*g*	28	

15

15	*a*	29	
16	*b*	1	Sebath menſis XI.
17	*c*	2	Sabbatum.
18	D	3	
19	*e*	4	
20	*f*	5	
21	*g*	6	
22	*a*	7	
23	*b*	8	
24	*c*	9	Sabbatum.
25	D	10	*Hoc die baptiſatus eſt Ieſus Chriſtus à Ioanne in Iordane, & inauguratus eſt à Patre, & unctus à Spiritu ſancto Eccleſiæ ſuæ Princeps. Expulſus autem ſtatim eſt à Spiritu Sancto in deſertum, ubi jejunavit dies 40. Matth. 4. Marc. 1. &c.*
26	*e*	11	*Primus dies Iejunij Chriſti.*
27	*f*	12	
28	*g*	13	
29	*a*	14	
30	*b*	15	
31	*c*	16	Sabbatum.

Februarius.

1	D	17	
2	*e*	18	
3	*f*	19	
4	*g*	20	
5	*a*	21	
6	*b*	22	
7	*c*	23	Sabbatum.
8	D	24	
9	*e*	25	
10	*f*	26	
11	*g*	27	
12	*a*	28	
13	*b*	29	
14	*c*	30	Sabbatum.
15	D	1	Adar menſis XII
16	*e*	2	
17	*f*	3	
18	*g*	4	
19	*a*	5	
20	*b*	6	
21	*c*	7	Sabbatum.
22	D	8	
23	*e*	9	
24	*f*	10	
25	*f*	11	
26	*g*	12	
27	*a*	13	
28	*b*	14	Sabbatum.
29	C	15	

Martius

Digitized by Google

Martius.

1 *d* 16
2 *e* 17
3 *f* 18
4 *g* 19
5 *a* 20 *Quadrageſimus dies jejunij Chriſti.*
6 *b* 21 Sabbatum. *Hoc die Chriſtus ter cum Diabolo congreſſus eſt, & Verbi divini gladio eum ter ſuperavit, & ad tempus profligavit. Tandem verò habuit Angelos Miniſtros. Luc. 4.*
7 C 22 *Chriſtus reverſus eſt Bethabaram.*
8 *d* 23 *Chriſtus ſtetit in medio auditorum Joannis, cum Ioannes ageret cum Legatis Phariſæorum. Ioan. 1. 26.*
9 *e* 24 *Chriſtus accepit publicum teſtimonium à Ioanne, quod agnus eſſet ille Dei qui tollit peccatum mundi. Joan. 1. 29.*
10 *f* 25 *Duo diſcipulorum Ioannis ſequuti ſunt Jeſum, quorum unus erat Andreas, qui fratrem ſuum Simonem Petrum adduxit ad Ieſum. Joan. 1. 35 &c.*
11 *g* 26 *Chriſtus invenit & vocavit Philippum. Philippus verò adduxit Nathanaelem ad Chriſtum. Ioan. 1. 44 &c.*
12 *a* 27
13 *b* 28 Sabbatum.
14 C 29 *Hoc die Chriſtus interfuit nuptijs in Cana Galilææ, unà cum*
15 *d* 1 Niſan menſis I. *matre & fratribus, & diſcipulis ſuis, &*
16 *e* 2 *mutavit aquam in vinum. Ioan. 2. 1. &c.*
17 *f* 3 *Chriſtus deſcendit Capernaum, ipſe & mater, & fratres &*
18 *g* 4 *diſcipuli ejus, manſeruntq; illic non multos dies, nam propè*
19 *a* 5 *erat Paſcha Judæorum. Ioan. 2. 11. 12.*
20 *b* 6 Sabbatum.
21 C 7
22 *d* 8
23 *e* 9
24 *f* 10
25 *g* 11 *Chriſtus aſcendit Hieroſolyma.*
26 *a* 12
27 *b* 13 Sabbatum.

Digitized by Google

28 C 14 *Paraſceve Paſchatis. Chriſtus ejecit ex templo nummularios, cum venditoribus ovium & columbarum.*
29 *d* 15 *Primus & ſolemnis dies Paſchatis.*
30 *e* 16
31 *f* 17

De ſecundo anno Miniſterij Chriſti, eiuſque charactere. Caput XIX.

SECUNDUS annus Miniſterij Chriſti, eſt annus mundi *3991*, ab urbe condita 781, à Nabonnaſſare *776*, à Iulio Cæſare 74, à Tiberio Cæſare *16*, & à vulgari Chriſti æra *29*. Habet autem hic annus notam Sabbati δευτεροπρώτου ex qua certô agnoſci poteſt. Facit enim D. Lucas huius Sabbati mentionem in Euangelio cap *6*. verſ. 1. ubi ſcribit Chriſtum tranſiviſſe per ſata, in Sabbato δευτεροπρώτῳ, & diſcipulos vulſiſſe ſpicas, eaſque confricantes manibus comediſſe. Loquitur verò D. Lucas de Sabbato Paſchatis ſecundo & primario, in quo licitum erat ſpicas vellere & manducare, ex lege Deut. *16. 9*. Quod Sabbatum nunquam cadebat in feſtum Paſchatis, niſi 14 dies Niſan eſſet dies Sabbati. Erant enim tunc in feſto Paſchatis duo Sabbata, unum 14 die Niſan, alterum 21. Sabbatum verò 14 diei Niſan, erat primum Paſchatis Sabbatum, in cuius veſpera mactabatur, & manducabatur agnus Paſchalis, nihilq; differebat à vulgari Sabbato. Quod autem incidebat in 21 diem Niſan, erat Sabbatum δευτερόπρωτον, quia ordine erat δεύτερον, ſed dignitate erat πρῶτον. Cadebat enim in ultimum diem Paſchatis, qui non minùs ſanctus & ſolennis erat, quàm Paſchatis dies primus, eaque de cauſa erat Sabbatum feſti primarium, vel Sabbatum δευτερόπρωτον.

Eſt igitur hic character valdè manifeſtus, habetque locum in anno mundi *3991*. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 2 diem Aprilis anni mundi Iuliani 3991, ſunt anni Iuliani pleni 3990, menſes communes tres, & dies unus; Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Solis medii	0	8	22	17
Lunæ à Sole	5	59	8	25

Erat igitur ſecundo die Aprilis Novilunium medium, & ſequenti

X die

die primus Niſan. Abeſt autem 14 dies Niſan à primo die Niſan diebus plenis 13. Quos adde ad 3 diem Aprilis, & cadet 14 dies Niſan in 16 diem Aprilis, qui erat dies Sabbati. Nam Cyclus Solis erat 10, & litera Dominicalis B. Sed & 21 dies Niſan, ultimus & ſolennis dies Paſchatis, erat dies Sabbati. Erat ergo 14 dies Niſan Sabbatum Paſchatis πρῶτον, & 21 dies Niſan, Sabbatum δευτερόπρωτον. Quod prorſus cum hiſtoria D. Lucæ convenit.

Manifeſtum igitur eſt ex hoc charactere, annum mundi 3991 eſſe annum Miniſterij Chriſti ſecundum, in quo Diſcipuli euntes per ſata in Sabbato δευτεροπρώτῳ, vulſerunt ſpicas, eaſque manducarunt. Quod erat nobis probandum.

De tertio & ultimo anno Miniſterij Chriſti, atque ipſius characteribus.

Caput XX.

SEQUITUR nunc tertius & ultimus Miniſterij Chriſti annus qui fuit annus mundi 3992, ab Vrbe condita 782, à Nabonnaſſare 777, ab edicto Darij Longimani 487, à Iulio Cæſare 75, a Tiberio Cæſare 17, à vulgari Chriſti æra 30. Impreſsit autem Spiritus Sanctus huic anno tres notas, ex quibus etiam certò agnoſci poteſt.

Prima eſt, quod 14 dies Niſan (in cuius veſpera Chriſtus manducavit Paſcha cum Diſcipulis) fuerit feria hebdomadis quinta, vel dies Iovis. Chriſtus enim crucifixus eſt eo die qui anteceſsit Sabbatum, Luc. 23, 54, qui erat dies Veneris; & manducavit Paſcha præcedentis diei veſpera, qui erat dies Iovis. Conſtat etiam ex Euangelio Lucæ Chriſtum
Luc. 22. 7. mactaſſe Paſcha eo die quo oportebat, hoc eſt 14 die Niſan, ex lege Exod. 12. 6. Conſequens igitur eſt 14 diem Niſan fuiſſe eo anno diem Iovis.

Hic primus eſt huius anni character valdè evidens: qui locum habet in anno mundi 3992. Nam ab Epocha mundi Iuliana ad 23 Martij anni mundi Iuliani 3992, ſunt anni Iuliani completi 3991, menſes communes duo & dies 22. Quibus debentur ſequentes motus.

Sex.

	Sex.	gr.	′	″
Solis medii	5	58	16	34
Lunæ à Sole	0	6	51	21

Erat igitur 23 die Martij Novilunium medium, & ſequenti die primus Niſan. Adde verò ad 24 diem Martij dies plenos 13, & incurret 14 dies Niſan in 6 diem Aprilis, qui erat dies Iovis. Nam Cyclus Solis erat 11, & litera Dominicalis A. Eſt igitur idem character in anno mundi 3992, qui notatur in anno tertio & ultimo Miniſterij Chriſti; & proinde annus mundi 3992 eſt ipſe annus tertius & ultimus Miniſterij Chriſti. Quod erat nobis probandum.

Secundus character huius anni eſt, quod Iudæi mactaverint agnum Paſchalem eo die quo Chriſtus crucifixus fuerat, qui erat 15 dies Niſan, & feria hebdomadis ſexta. Lucas enim ſcribit hunc diem fuiſſe diem paraſceues, qui anteceſsit Sabbatum. Luc. 23 54. Et Ioannes teſtatur eum diem fuiſſe, diem paraſceves Paſchæ. Ioann. 19 34. Idem ſcribit Iudæos noluiſſe eo die ingredi prætorium, ne ſe polluerent, ſed ut Paſcha comederent. Ioann. 18. 28. Comederunt igitur Iudæi Paſcha in huius diei veſpera, uno die ſeriùs, quam Ieſus Chriſtus. Cauſa fuit Rabbinorũ traditio, quæ mandabat ut Paſchatis manducatio tranſferretur à 14 die menſis Niſan in 15 diem, quotieſcunque 14 dies Niſan eſſet feria quinta: Idque ad evitandum primarij diei Paſchatis & Sabbati concurſum. Erat enim is valdè incommodus in calidis illis Regionibus, tum propter cibos coctos, quos totum biduum incorruptos aſſervare difficile erat, tum propter mortuorum cadavera, quæ intra biduum putori erant obnoxia. Enimverò ſi Iudæi comediſſent Paſcha feria quinta, coacti fuiſſent ex lege primum & ſolennem diem Paſchatis celebrare feria ſexta, & Sabbatum feria ſeptima, atque ita totum biduum ab omni opere vacare. Vt autem hoc incommodum evitarent, manducarunt eo anno Paſcha, ex Rabbinorum ſententia, feria ſexta, & celebrarunt primum Paſchatis diem feria ſeptima, qui tunc erat Sabbatum magnum Ioann. 19. 31. Hic ergo eſt ſecundus huius anni character, qui cum locum habeat in anno mundi 3992, in quo 14 dies Niſan erat feria quinta, ut paulò ante oſtendimus, conſentaneum eſt annum mundi 3992 eſſe tertium & ultimum Miniſterij Chriſti annum. Quod etiam nobis erat probandum.

Tertius & primarius huius anni character eſt, quem Angelus apud Danielem notat cap. 9. verſ. 27, ubi dicit Chriſtum abrogaturum eſſe

ſacrificium & oblationem ſeptimana dimidia, hoc eſt in medio ſeptimanæ ſeptuageſimæ. Loquitur verò Angelus de morte Chriſti, per quam omnia Veteris Teſtamenti ſacrificia, & oblationes abolitæ ſunt, eamque confert in ſeptimanam $70\frac{1}{2}$, hoc eſt in annum ab edicto Artaxerxis Longimani 487. Prodijt verò edictum Artaxerxis Longimani, anno mundi 3506, vel à Nabonnaſſare 291, primo die Niſan, ſicuti præcedente libro demonſtratum eſt. Adde igitur annos ſolidos 486, ad primum diem Niſan anni mundi 3506, vel anni à Nabonnaſſare 291, & cadet Chriſti annus ϛαυρώσιμος in annum mundi 3992, vel à Nabonnaſſare 777, omnibus modis ut ſupra.

Liquet igitur ex his tribus characteribus, annum mundi 3992, vel à Nabonnaſſare 777, eſſe tertium & ultimum Miniſterij Chriſti annum, in quo Chriſtus à Iudæis actus eſt in crucem. Errant igitur Chronologi omnes, qui ante nos rationem annorum mundi ex ſacris literis invenerunt. Quidam enim illorum tribuunt annum Chriſti ϛαυρώσιμον in annum Tiberij 18, alij verò in 20. At neuter annus habet eos characteres quos Spiritus Sanctus anno ϛαυρωσίμῳ impreſsit, imò ne unam quidem illius notam. Quamobrem nec hic annus, nec præcedentes, puta Nativitatis & Baptiſmi Chriſti anni, rectè ab illis definiti ſunt. Agendæ ergo ſunt Deo gratiæ, quod & hi anni & cæteri omnes, qui per noſtram incuriam hucuſque latuerunt, jam ſummo Dei beneficio in lucem protracti ſint, ad laudem divini nominis, & Eccleſiæ ædificationem.

Subiungo verò iam partem Calendarij huius anni, ut quæ ſupra à nobis demonſtrata ſunt, & quæ preterea in Euangelica Hiſtoria leguntur commodiùs intelligantur.

Calendarium Hiſtoricum Hebræum ad annum mundi 3992, qui fuit 33 annus ætatis Chriſti, in quo Chriſtus mortuus eſt propter offenſas noſtras, & reſurrexit à mortuis propter iuſtificationem noſtri. Cyclus Solis erat 11, & litera Dominicalis A.

Niſan

Niſan primus menſis Hebræcrum.

Martius.
1 24 *f* *Hoc die inivit Septimana Danielis 70½, id eſt annus ab*
2 25 *g* Sabbatum. *(edicto Artaxerxis Longimani 487.*
3 26 A
4 27 *b*
5 28 *c*
6 29 *d*
7 30 *e*
8 31 *f* *Hoc die Jeſus venit Bethaniam, ubi excitaverat Lazarum à mortuis. Paraverunt autem ibi Chriſto cœnam, & Martha miniſtrabat, & Lazarus erat ex accumbentibus; & Maria unguento nardi liquidæ multi precij unxit Chriſti pedes, & exterſit capillis ſuis. Joann. 12.*
9 April. 1 *g* Sabbatum.
10 2 A
11 3 *b*
12 4 *c*
13 5 *d*
14 6 *e* *Huius diei veſpera, qui erat dies Iovis, Chriſtus manducavit Paſcha cum diſcipulis, & paulò poſt celebravit ſacram Cœnam. Inde cum diſcipulis ſuis egreſſus eſt trans torrentem Cedron ubi erat hortus, in quem & ipſe & diſcipuli introiverunt. Hic autem Chriſtus à Juda proditus, & à Judæis captus & vinctus eſt, abductuſque in domum Pontificis maximi, ubi adjudicatus eſt morti, cum confeſſus eſſet ſe eſſe filium* DEI.
15 7 *f* *Huius diei manè Chriſtus à Judæis traditus eſt in manus Pontij Pilati; qui & Chriſto, & criminationibus Judæorum auditis, judicavit Chriſtum eſſe innocentem. Verùm quia Judæi Chriſtum crucifigi volebant, & Pilatus Judæis gratificari cupiebat, ideo Chriſtum crucifigendum militibus dedit. Crucifixus autem eſt Chriſtus circa meridiem, & hora tertia pomeridiana exſpiravit. Paulò poſt à Joſepho Arimathæenſi, & Nicodemo de cruce detractus eſt, & involutus ſyndone, ſepultus eſt in monumento, quod erat ex lapide exciſum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Veſpera tandem huius diei Judæi comederunt Paſcha contra DEI legem, ſed ſecundùm traditionem Rabinorum. Meretur autem conſiderationem quod idem hic dies inciderit in 25 diem Pharmuthi; Teſtatur enim Clemens Alexandrinus, nonnullos ex veteribus*

Digitized by Google

ribus ſenſiſſe, Chriſtum 25 die Pharmuthi eſſe mortuum; quorum ſententia fuit longè verriſſima.

16 8 *g* Sabbatum magnum, *quo Chriſtus quievit in ſepulchro.*

17 9 A *Primus dies hebdomadis, quo Chriſtus manè è mortuis reſurrexit, primumq́; apparuit Mariæ Magdalenæ Marc 16 9: deinde omnibus mulieribus. Matth. 28 9. Tertiò Petro, Luc. 24 34. 1 Cor. 15. 5. Quartò duobus diſcipulis Emaunta euntibus. Luc. 24. 31. Quintò omnibus Apoſtolis congregatis præter Thomam. Joann. 20, 19 24.*

18 10 *b*

19 11 *c*

20 12 *d*

21 13 *e*

22 14 *f*

23 15 *g* Sabbatum.

24 16 A *Hoc die Chriſtus iterum apparuit omnibus Apoſtolis, atque etiam Thomæ, qui viſo Chriſto credidit.*

25 17 *b*

26 18 *c*

27 19 *d*

28 20 *e*

29 21 *f*

30 22 *g* Sabbatum.

Ijar vel Ziu ſecundus menſis Hebræorum.

1 23 A *Poſtea patefecit ſe Chriſtus diſcipulis ad mare Tiberiadis, Petro, Thomæ, Nathanaeli, & filijs Zebedai, alijſq́; diſcipulis duobus. Joan. 21. 1.*

2 24 *b*

[illegible] 25 *c*

4 26 *d*

5 27 *e*

6 28 *f*

7 29 *g* Sabbatum.

8 30 A *Apparuit deinde plus quam quingentis fratribus ſemel. 1. Cor. 15 6.*

9 Maius *b*

10 2 *c*

11 3 *d*

12 4 *e*

13	5	*f*	
14	6	*g*	Sabbatum.
15	7	A	*Poſtea viſus eſt Iacobo. 1. Cor. 15 7.*
16	8	*b*	
17	9	*c*	
18	10	*d*	
19	11	*e*	
20	12	*f*	
21	13	*g*	Sabbatum.
22	14	A	*Tandem omnes Diſcipuli undecim cum veniſſent in Gali-*
23	15	*b*	*leam, in montem ubi conſtituerat eis Ieſus, viderunt Chri-*
24	16	*c*	*ſtum & adoraverunt eum, quidam verò dubitarunt.*
25	17	*d*	*Matth. 28, 16. 17.*
26	18	*e*	
27	19	*f*	*Hoc die, cum Chriſtus 40 dies à ſua reſurrectione cum Apo-*
28	20	*g*	Sabbatum. *ſtolis converſatus eſſet, videntibus illis aſcen-*
29	21	A	*dit in cælum. Apoſtoli autem adorato*
			Chriſto, reverſi ſunt Hieroſolyma. Act. 1.

Sivan tertius menſis Hebræorum.

1	22	*b*	
2	23	*c*	*Circa hoc tempus Apoſtoli aſcenderunt in cænaculum ubi*
3	24	*d*	*commorabantur: Cumque coacta eſſet turba quaſi capitum*
4	25	*e*	*120, elegerunt Matthiam in locum Iudæ Iſcariotæ. Act. 1.*
5	26	*f*	
6	27	*g*	Sabbatum *& Pentecoſte. Apoſtoli acceperunt hoc die Spi-*
7	28	A	*ritum Sanctum viſibili forma, & loquuti ſunt magnalia*
8	29	*b*	*DEI varijs linguis. Petrus autem una concione convertit*
9	30	*c*	*ad Chriſtum quaſi ter mille homines.*
10	31	*d*	
11	Iunius.	*e*	
12	2	*f*	
13	3	*g*	Sabbatum.
14	4	A	*Omnes qui credebant erant eodem loci, & habebant omnia*
15	5	*b*	*communia. Erantq; perdurantes in doctrina Apoſtolorum,*
16	6	*c*	*& communicatione, & fractione panis, & precibus. Act. 2.*

17	7	*d*	
18	8	*e*	
19	9	*f*	
20	10	*g*	Sabbatum.
21	11	A	
22	12	*b*	
23	13	*c*	
24	14	*d*	
25	15	*e*	
26	16	*f*	
27	17	*g*	Sabbatum.
28	18	A	
29	19	*b*	
30	20	*c*	

Reliquam partem Calendarij huius anni non adſcribo, eo quod in Hiſtoria ſacra, nulla deinceps fiat dierum notatio. Duo tamen addo, quæ ad anni huius conſiderationem valdè ſunt neceſſaria. Primum eſt, quod Chriſti aſcenſio in cælum, quam Chronologi omnes conferunt in quadrageſimum diem à reſurrectione Domini, facta ſit die quadrageſimo primo. Scribit enim D. Lucas Chriſtum exhibuiſſe ſe vivum Apoſtolis ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις per dies quadraginta, Act. 1. 3. Conſequens igitur eſt Chriſtum aſcendiſſe in cælum quadrageſimo primo die poſt reſurrectionem, ipſo die Veneris, quo etiam ante ſex ſeptimanas crucifixus fuerat. Finiit ergo Chriſtus & paſſionem & gloriam ſuam in terris, ſexto die hebdomadæ, non aliter quàm Deus in mundi initio, ſexto die hebdomadæ primæ, creationis operi finem impoſuit. Gen. 1. 31. Alterum eſt quod Iudæi hoc anno Pentecoſten celebrarint quinquageſimo primo die à ſolenni die Paſchatis, idque ob tranſlationem Paſchatis à quinta feria in ſextam, de quo ſupra egimus. Quod & D. Lucas videtur indicare, cum ſcribit quinquageſimum diem fuiſſe completum, cum Apoſtoli Spiritum Sanctum acciperent. Act. 2. 1. Certum enim eſt quinquageſimum diem non prius fuiſſe completum, quàm ubi adveniſſet dies quinquageſimus primus. Itaque ſi verba D. Lucæ ſtrictè ſumantur, non poſſunt aliter intelligi, quàm de quinquageſimo primo die à primo die Paſchatis, in quo certum eſt Apoſtolos Spiritum Sanctum accepiſſe.

Sed

Sed hæc quidem ſunt quæ circa huius anni Calendarium nobis obſervanda fuerunt. Agendum porro nunc eſt de tribus annis, quorum characteres notantur in Ioſephi Hiſtoria.

De anno Chriſti Vulgari LXV, eiuſq; characteribus. Caput XXI.

ANNO Cæſaris Neronis XI (qui fuit annus mundi 4027, & Chriſti vulgaris 65) circa diem Paſchatis, quod eo anno incurrebat in 8 diem Aprilis, exorti ſunt primi bellici motus inter Iudæos & Romanos, qui ſequente anno in apertum bellum eruperunt. Vide Ioſephum libro de bello Iudaico VII cap. XII. Septimo verò die Septembris eiuſdem anni, qui erat dies Sabbati, contigit Menahemi, & Romanorum cædes, uti ſcribitur libro XI de bello Iudaico cap. 18. Habet igitur hic annus præclaros duos characteres, ex quibus certò definiri poteſt.

Primus eſt, quod Paſcha illius anni inciderit in 8 diem Aprilis. Quæ nota etiam convenit anno mundi Iuliano 4027, vel Chriſti vulgari LXV. Nam à vulgari initio annorum Chriſti ad 25 diem Martij anni Chriſti Iuliani LXV, numerantur anni Iuliani pleni 64, menſes communes duo, dies 24. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex. gr.		/	//
Solis medii	0	0	45	31
Lunæ à Sole	5	57	45	13

Erat igitur 25 die Martij Novilunium medium, & proximo die primus Niſan. Intercedunt autem inter primum diem Niſan, & diem Paſchatis, dies pleni 13. Qui ſi addantur ad 26 diem Martij, incurrit ipſum Paſcha in 8 diem Aprilis, omninò ut Ioſephus habet.

Secundus huius anni character eſt, quod 7 dies Septembris fuerit dies Sabbati. Quam notam etiam habet annus mundi Iulianus 4027, vel Chriſti Vulgaris LXV. Erat enim Cyclus Solis eo anno 18, & litera Dominicalis F; & proinde 7 dies Septembris erat dies Sabbati.

Manifeſtum ergo eſt ex his characteribus, primam Iudæorum à Romanis defectionem, primoſque bellicos motus cæpiſſe anno mundi 4027, vel Chriſti anno Vulgari LXV, circa feſtum Paſchatis: & tunc etiam eſſe edita illa prodigia quæ Ioſephus recenſet libro de bello Iu-

Digitized by Google

daico VII capite XII. Itaque annus mundi Iulianus 4027, vel Chriſti vulgaris LXV, eſt primus annus bellicorum motuum quem Ioſephus notat in ſua hiſtoria. Quod erat nobis probandum.

De anno Chriſti Vulgari LXVI, atq; eius characteribus. Caput XXII.

ANNO XII Neronis, qui erat annus mundi 4028, & Chriſti Vulgaris LXVI, Ceſtius Syriæ legatus adduxit omnes Romanorum copias contra Iudæos, ut per vim eos ſubigeret. Congreſſus verò eſt cum Iudæis ad Hieroſolymorum Vrbem primo die Scenopegias, qui eo anno incidebat in 22 diem Octobris. Nam nonus ab illo dies erat 30 Octobris, & octavus dies Novembris, in quo Ceſtius cum toto ſuo exercitu à Iudæis profligatus eſt, ſequebatur primum Scenopegias diem, diebus plenis 17. Vide Ioſephum de bello Iudaico Libro II capite 23 & 24.

Habet ergo hic annus duas præclaras notas, ex quibus certò agnoſcitur. Prima eſt, quod 30 dies Octobris fuerit dies nonus à primo die Scenopegias. Altera, quod primus dies Scenopegias anteceſſerit 8 diem Novembris diebus plenis 17. Quæ notæ etiam reperiuntur in anno mundi Iuliano 4028, & Chriſti vulgari LXVI. Nam ab æra Chriſti vulgari ad 13 diem Aprilis anni Chriſti vulgaris LXVI, numerantur anni Iuliani pleni 65, menſes communes tres, & dies 12. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	*'*	*''*
Solis medii	0	19	14	50
Lunæ à Sole	5	59	0	1

Erat igitur 13 Aprilis Novilunium medium, & ſequente die primus Niſan. Intercedunt autem inter primum diem Niſan, & primum diem Scenopegias dies pleni 191, quos ſi addas ad 14 diem Aprilis, cadet primus dies Scenopegias in 22 diem Octobris, qui diſtat à 30 die Octobris plenis diebus 8, & ab octavo die Novembris diebus plenis 17, omnibus modis ut à Ioſepho annotatum eſt.

Habet ergo annus mundi Iulianus 4028, & Chriſti vulgaris LXVI, eaſdem notas cum anno cladis Ceſtij: & proinde annus mundi Iulianus 4028, vel Chriſti vulgaris LXVI, ipſiſſimus eſt annus in quo contigit ſtrages & fuga Ceſtij. Quod erat nobis probandum.

Porrò

Porrò quod à primo die Scenopegias ad 30 diem Octobris fluxerint dies pleni 8, & ad octavum diem Novembris dies pleni 17, ita ex Ioſepho oſtenditur. Ceſtius conflixit cum Iudæis 22 die Octobris, qui erat dies 1 Scenopegias,& cum repuliſſet eos in Vrbem,reverſus eſt ex caſtris ex Gabao in Bethoron, perſequente eum Simone Giore. Inde commoratus eſt in agris triduo, die ſcz 23,24 & 25 Octobris. Interea Iudæi Vrbem tuebantur, & legatos quos ad eos miſerat Agrippa cædebant, unde ortum eſt inter eos diſſidium, & fuga partis in urbem. Ceſtius igitur 26 die Octobris irruit in illos, fugavitque omnes, & incluſit in urbem, poſuitque caſtra ad Scopton, nihil per triduum adverſus eos tentans. Quarto die, qui erat 30 dies Octobris, & nonus dies à primo die Scenopegias, Ceſtius ordinatum in Vrbem introduxit exercitum, & ſi voluiſſet intra murós violenter irrumpere, civitatem illicò occupaſſet. Per dies deinde quinque Romani fruſtra Vrbem invadere conati ſunt.Sexto die qui erat quintus Novembris,Ceſtius templum aggreditur,& ſine cauſa deſiſtit,refugitque ad caſtra ad Scopton, ſpreta victoria. Proximo die,recedebat magis, & cum veniſſet in Gabao, manſit ibi dies duos, ſexto & ſeptimo Novembris. Sequente die, qui fuit octavus Novembris,Ceſtius magna clade à Iudæis affectus eſt. Apparet igitur ex Ioſephi narratione, primum diem Scenopegias abfuiſſe à 30 die Octobris, plenis diebus 8, & ab octavo die Novembris plenis diebus 17. Quod erat nobis demonſtrandum.

Eſt autem conſideratu dignun quod præcedens annus, puta annus Chriſti Vulgaris LXV, fuerit ἐμβολιμαῖος, menſum tredecim, & quod Novilunium menſis Niſan huius anni, propterea excurrat in 13 diem Aprilis. Quod cum ab Anteceſſoribus noſtris animadverſum non fuerit, multa comminiſci coacti ſunt, quæ ab Hiſtoria Ioſephi ſunt aliena. Noſter verò calculus cum Hiſtoria Ioſephi exactè convenit.

De anno Chriſti vulgari LXX, eiuſque charactere. Caput XXIII.

RELIQUUS nunc eſt annus mundi 4032, qui fuit annus Chriſti vulgaris LXX, in quo Hieroſolyma à Tito Veſpaſiano obſeſſa, capta, & everſa fuerunt; idque ſecundùm Ieſu Chriſti & Danielis vaticinia, quæ leguntur Matth. 24, Luc. 19, Daniel 9 & alibi. Fuit autem hic annus Iu-

daico quidem populo funeſtus, Gentibus verò ſalutaris. Funerata enim tunc eſt Iudæorum Synagoga, & vetus Teſtamentum ſublatum; novum autem fœdus quod cum gentibus initum fuerat, per totum terrarum orbem propagatum eſt. Quamobrem & huius anni cognitio nobis neceſſaria eſt.

Extat autem illius character valdè inſignis apud Ioſephum libro de bello Iudaico VII cap. IIII, ubi ſcribit ἐνδελεχισμὸν defeciſſe 17 die Panemi, ob familiæ penuriam, cuius vices tunc erant in templo miniſtrare. Demonſtratum enim jam ſæpè à nobis eſt, Sacerdotes perpetuò Sabbati die ingreſſos eſſe functionem ſuam in templo. Itaque cum familia deficiens miniſterium ſuum in templo inire debuerit 17 die Panemi, conſequens eſt 17 diem Panemi fuiſſe diem Sabbati.

Hic character valdè præclarus eſt, & locum habet in anno mundi 4032 vel Chriſti vulgari LXX. Nam ab æra Chriſti vulgari ad 30 Martij anni Chriſti vulgaris LXX, numerantur anni Iuliani pleni 69, menſes communes duo, & dies 29. Quibus debentur ſequentes motus.

	Sex.	*gr.*	'	''
Solis medii	0	5	28	41
Lunæ à Sole	5	59	0	43

Erat igitur 30 Martij Novilunium medium, & ſequenti die primus dies Xantici. Sunt autem inter primum diem Xantici & 17 diem menſis Panemi dies pleni 105: quos ſi addas ad 31 diem Martij, cadit 17 dies Panemi in 14 diem Iulij, qui erat dies Sabbati. Nam Cyclus Solis erat 23, & litera Dominicalis G. Palam ergo eſt annum mundi Iulianum 4032, vel Chriſti vulgarem LXX, eſſe ipſum annum in quo Hieroſolyma à Tito Veſpaſiano exciſa fuerunt. Quod erat nobis probandum.

Obſerva verò Ioſephum toto hoc anno connectere menſes Macedonum cum menſib⁹ Hebræorum, non autem cum menſibus Romanorum, ut fecit in anno Chriſti vulgari LXV, & LXVI. Hoc enim perſpicuè apparet ex anni ipſius Calendario, cuius partem adſcribo, ut cum Hiſtoria Ioſephi conferatur.

Calendarium Hiſtoricum Hebræum ad annum mundi 4032, & Chriſti vulgarem LXX. Quo Titus Veſpaſianus, ſecundo anno Patris ſui Veſpaſiani, Hieroſolyma occupavit & funditus evertit. Cyclus Solis erat 23, & litera Dominicalis G.

Niſan

Niſan primus menſis Hebræorum, Ioſepho Xanticus.

1	31	*f*	Sabbatum. *Hic cæpit annus mundi Hebræus* $4032\frac{1}{2}$.
2	April	G	*Erant autem eo anno Hieroſolymis tres factiones. Nam E-*
3	2	*a*	*leaſar Sacerdos, filius Simonis, Princeps Zelotarum, tene-*
4	3	*b*	*bat templum. Ioannes Giſcalenus occupabat partem urbis*
5	4	*c*	*inferiorem. Et Simon Giore Filius, partem ſuperiorem. In-*
6	5	*d*	*ter quas partes perpetuum ferè erat diſſidium.*
7	6	*e*	
8	7	*f*	Sabbatum.
9	8	G	
10	9	*a*	
11	10	*b*	
12	11	*c*	
13	12	*d*	
14	13	*e*	Paſcha
15	14	*f*	Sabbatum & *Paſchatis dies primus, quo Titus Urbem ob-*
16	15	G	*ſidere cæpit, eo ipſo die quo Judæi ante annos 40 Chri-*
17	16	*a*	*ſtum crucifixerant.*
18	17	*b*	
19	18	*c*	
20	19	*d*	
21	20	*e*	
22	21	*f*	Sabbatum.
23	22	G	
24	23	*a*	*Circa hoc tempus exiverunt anni VII & menſes 5, quibus*
25	24	*b*	*Jeſus filius Anani clamaverat, Væ væ Jeruſalem. Cum*
26	25	*c*	*verò idem in muro clamaret, væ & mihi, lapide ictus in-*
27	26	*d*	*teriit.*
28	27	*e*	
29	28	*f*	Sabbatum.
30	29	G	

Ijar

Digitized by Google

Ijar vel Ziu, ſecundus menſis Hebræorum, Ioſepho Artemiſius.

1	30	*a*	
2	Maius	*b*	
3	2	*c*	
4	3	*d*	
5	4	*e*	
6	5	*f*	Sabbatum.
7	6	G	*Hoc die Romani primo muro potiti ſunt.*
8	7	*a*	
9	8	*b*	
10	9	*c*	
11	10	*d*	
12	11	*e*	*Hoc die Romani ſecundum murum capiunt, qui tamen à Iudæis mox recuperatur.*
13	12	*f*	Sabbatum.
14	13	G	
15	14	*a*	
16	15	*b*	*Hoc die Romani ſecundum murum iterum ceperunt.*
17	16	*c*	
18	17	*d*	
19	18	*e*	
20	19	*f*	Sabbatum.
21	20	G	
22	21	*a*	
[illegible]	22	*b*	
24	23	*c*	
25	24	*d*	
26	25	*e*	
27	26	*f*	Sabbatum.
28	27	G	
29	28	*a*	*Hoc die perfecti ſunt aggeres, qui 12 die huius menſis inchoati fuerant.*

Sivan

Sivan tertius menſis Hebræorum, Ioſepho Deſtius.

1	29	*b*	*Gravis & intolerabilis fames ſævire cepit, adeò ut menſa nullibi*
2	30	*c*	*ſterneretur, ſed incoctum cibum omnes manducare tene-*
3	31	*d*	*rentur, & matres ipſæ cibum infantibus ex ore raperent.*
4	Iunius	*e*	
5	2	*f*	Sabbatum & Pentecoſte.
6	3	G	
7	4	*a*	*Circa hoc tempus milites Romani, iuſſu Titi, totam urbem*
8	5	*b*	*Hieroſolymorum aggere cinxerunt, trium dierum ſpatio,*
9	6	*c*	*& caſtella etiam interpoſuerunt. Impleta igitur eſt Chri-*
10	7	*d*	*ſti prophetia Luc. 19. 43. Veniet tempus adverſum te,*
11	8	*e*	*quo circumijcient tibi inimici tui vallum, & circumcin-*
12	9	*f*	Sabbatum. *gent te, & conſtingent undique.*
13	10	G	
14	11	*a*	
15	12	*b*	
16	13	*c*	
17	14	*d*	
18	15	*e*	
19	16	*f*	Sabbatum.
20	17	G	
21	18	*a*	
22	19	*b*	
23	20	*c*	
24	21	*d*	
25	22	*e*	
26	23	*f*	Sabbatum.
27	24	G	
28	25	*a*	
29	26	*b*	
30	27	*c*	

Thamus quartus menſis Hebræorum Ioſepho Panemus.

1	28	*d*	*Hoc die tentata eſt expugnatio tertij muri. Capit autem tunc*
2	29	*e*	*in urbe graſſari peſtis ex multitudine cadaverum.*
3	30	*f*	Sabbatum.
4	Iulius	G	
5	2	*a*	*Hoc die capta eſt à Romanis arx Antonia.*
6	3	*b*	
7	4	*c*	
8	5	*d*	
9	6	*e*	
10	7	*f*	Sabbatum.
11	8	G	
12	9	*a*	
13	10	*b*	
14	11	*c*	
15	12	*d*	
16	13	*e*	
17	14	*f*	Sabbatum. *Hoc die defecit Endelechiſmus propter penu-*
18	15	G	*riam Sacerdotum.*
19	16	*a*	
20	17	*b*	
21	18	*c*	
22	19	*d*	*Iudæi incenderunt partem porticus templi verſus boream, non*
23	20	*e*	*procul ab arce Antonia.*
24	21	*f*	Sabbatum. *Hoc die Romani totum templi porticum ver-*
25	22	G	*ſus Septentrionem combuſſerunt. Iudæi vero ut incen-*
26	23	*a*	*dium reſtinguerent, ignem manibus detraxerunt.*
27	24	*b*	*Iudæi hoc die fugam ex Occidentali porticu ſimulant, quem*
28	25	*c*	*pice & bitumine repleverant. Romani verò eo occupato,*
29	26	*d*	*Maria Eleaſari filia proprium incendio pereunt.*

filium hoc die interfecit, aſſavit, & devoravit.

Ab quintus menſis Hebræorum, Joſepho Lous.

1	27	*e*	
2	28	*f*	Sabbatum.
3	29	G	
4	30	*a*	
5	31	*b*	
6	Auguſt.	*c*	
7	2	*d*	*Hoc die Titus templi ianuas, auro & argento obductas ſuc-*
8	3	*e*	*cendi juſſit, unde multum auri & argenti defluere cœpit.*
9	4	*f*	Sabbatum. *Hoc die Judæi in templi munitiones repulſi ſunt.*
10	5	G	*Hoc die Romani, non exſpectato Titi Ducis mandato, i-*
11	6	*a*	*gnem templo iniecerunt, eodem die quo Chaldæi templum*
12	7	*b*	*Solomonicum combuſſerant.*
13	8	*c*	
14	9	*d*	
15	10	*e*	
16	11	*f*	Sabbatum.
17	12	G	
18	13	*a*	
19	14	*b*	
20	15	*c*	*Hoc die Romani aggeres & inſtrumenta bellica exſtruere*
21	16	*d*	*cœperunt ad expugnandum murum ſuperiorem, quæ para-*
22	17	*e*	*ta fuerunt 18 dierum ſpacio.*
23	18	*f*	Sabbatum.
24	19	G	
25	20	*a*	
26	21	*b*	
27	22	*c*	
28	23	*d*	
29	24	*e*	
30	25	*f*	Sabbatum.

Elul ſextus menſis Hebræorum, Ioſepho Gorpæus.

1	26	G	
2	27	*a*	
3	28	*b*	
4	29	*c*	
5	30	*d*	
6	31	*e*	
7	Sept.	*f*	Sabbatum. *Romani hoc die partem urbis ſuperiorem ce-*
8	2	G	*perunt; totamq; urbem ſequente die diripuerunt & ex-*
9	3	*a*	*uſſerunt.*
10	4	*b*	
11	5	*c*	
12	6	*d*	
13	7	*e*	
14	8	*f*	Sabbatum.
15	9	G	
16	10	*a*	*Circa hoc tempus tota Vrbs iuſſu Imperatoris Titi, diruta*
17	11	*b*	*& ſolo æquata eſt, juxta Chriſti vaticinium, Inimici*
18	12	*c*	*tui conſtringent te, & ſolo æquabunt te, & non relin-*
19	13	*d*	*quent in te lapidem ſuper lapidem. Luc. 19.43.44.*
20	14	*e*	
21	15	*f*	Sabbatum.
22	16	G	
23	17	*a*	
24	18	*b*	
25	19	*c*	
26	20	*d*	
27	21	*e*	
28	22	*f*	Sabbatum.
29	23	G	*Hic exit annus mundi Hebræus 4032.*

Hiſtoria ſacra initium ſumit à mundi creatione, & terminatur excidio Hieroſolymitano noviſſimo. Moſes enim auſpicatur Hiſtoriam ſuam

Digitized by Google

ſuam à mundi conditu. Geneſ. 1. 1. Et Angelus Gabriel claudit vaticinium de ſeptuaginta hebdomadis deſtructione Hieroſolymorum & templi per Imperatorem Romanum. Dan. 9, 26. 27. Denique Spiritus Sanct⁹ hiſtoriam Novi Teſtamenti claudit Apoſtoli Pauli martyrio 2. Tim. 4 6. Quod ſolidum triennium cladem illam populi Iudaici anteceſſit. Quamobrem & nos Chronologiam noſtram ſacram eadem clade terminamus.

Enumeratio annorum omnium qui vel uno vel pluribus characteribus ſignati ſunt in ſacra, vel alia Hiſtoria; operiſque totius Concluſio. Caput XXIIII.

RECENSUI nunc, cum bono Deo, omnes mundi annos, qui vel uno vel pluribus characteribus notati ſunt in ſacris literis, vel alia probata Hiſtoria. Oſtendi etiam annorum illorum characteres ineſſe annis mundi, quos antecedente libro ex ſacra ſcriptura ſubduxi, Subijcio nunc annorum omnium Catalogum, una cum ſingulorum annorum characteribus, ut qui Chronologias ſacras ante nos ſcripſerunt, vel deinceps ſcripturi ſunt, exigant illas ad eorum annorum characteres, tanquam ad lydium lapidem, quia tunc conſtabit illas eſſe probas, ubi cum ſingulorum annorum characteribus exactè conſenſerint.

Primus igitur annorum mundi qui charactere notatur in ſacris literis eſt annus mundi primus, cuius primus dies erat & primæ ſeptimanæ, & primi menſis, & primi anni dies primus. *Annus mundi 1.*

Secundus annus eſt annus Diluvij, in quo 17 dies menſis Secundi erat dies Sabbati. *Annus mundi 1656.*

Tertius annus eſt annus Exodi, cuius ſeptimo menſe cœpit primus annus Sabbaticus & Iubilæus. Et 20 dies menſis Secundi fuit dies Sabbati. Præterea primus dies Paſchatis, & dies Pentecoſtes, & 17 dies Thamus, erant dies Sabbati. *Annus mundi 2449.*

Quartus annus eſt penultimus annus Davidis. In quo 22 dies Thiſri erat dies Sabbati, & feſti Scenopegias ultimus & magnus dies. *Annus mundi 2923.*

Annus mundi 2936. Quintus annus, eſt duodecimus regni Solomonis, in quo 7 dies Thiſri, fuit dies Sabbati.

Annus mundi 3234. Sextus annus, eſt annus Ezechiæ Regis decimusſextus; qui fuit Sabbaticus.

Annus mundi 3350. Septimus annus, eſt quintus annus à deportatione Regis Iojachim, qui fuit triceſimus annus ab anno decimo octavo Regis Ioſiæ.

Annus mundi 3353. Octavus annus, eſt annus Sedechiæ Regis octavus, qui fuit Sabbaticus.

Annus mundi 3356. Nonus annus, eſt undecimus annus Regis Sedechiæ, qui fuit annus XIX Nebucadnezaris, & diſtabat à ſecundo anno Regis Ieroboami annis plenis 390, & à XIII anno Regis Ioſiæ annis ſolidis quadraginta. Denique 9 die menſis Ab miniſtrabat in templo familia Iojarib.

Annus mundi 3799. Decimus annus, eſt centeſimus quadrageſimus octavus Græcorum, in quo 25 dies Ciſleu fuit dies Sabbati.

Annus mundi 3801. Vndecimus annus, eſt centeſimus quinquageſimus annus Græcorum Sabbaticus

Annus mundi 3829. Duodecimus annus, eſt annus Græcorum centeſimus ſeptuageſimus octavus etiam Sabbaticus.

Annus mundi 3830. Decimus tertius annus, eſt annus Græcorum centeſimus ſeptuageſimus nonus, in quo erant duo ſolennia continua, Pentecoſte & Sabbatum.

Annus mundi 3900. Decimus quartus annus, eſt annus ab Vrbe condita ſexcenteſimus & nonageſimus, in quo 17 dies menſis Thamus fuit dies Sabbati.

Annus mundi 3927. Decimus quintus annus, eſt primus annus Regis Herodis à devicto Antigono, in quo 17 dies Thamus fuit dies Sabbati, & annus ipſe erat Sabbaticus.

Annus mundi 3960. Decimus ſextus annus, eſt annus Nativitatis Chriſti, qui fuit annus ab Vrbe condita ſeptingenteſimus quinquageſimus incipiens, & ſequebatur Ephemeriam Zachariæ completam menſibus 14, cum diebus novem.

Annus mundi 3961. Decimus ſeptimus annus, eſt annus mortis Herodis, qui fuit annus ab urbe condita 751, in quo facta eſt Eclipſis Lunæ aliquot menſibus ante ipſius mortem.

Annus mundi 3990. Decimus octavus annus, eſt annus Baptiſmi Chriſti, qui fuit XV annus Tiberij, & ſequebatur nativitatem Chriſti annis quaſi trigin-

Digitized by Google

ta, & annum mundi 3506, annis plenis 483, cum menſibus decem; & XVIII annum regni Herodis annis 46. Denique idem annus erat Sabbaticus.

Decimus nonus annus, eſt annus ſecund⁹ miniſterij Chriſti, in quo 14 dies Niſan erat dies Sabbati, & 21 dies Niſan Sabbatū δευτερόπρωτον.

Annus mundi 3991.

Vigeſimus annus, eſt annus tertius Miniſterij Chriſti, in quo 14 dies Niſan fuit dies Iovis, eiuſque veſpera Paſcha verum. Sequens verò dies fuit dies Chriſti σταυρώσιμος, eiuſque veſpera Paſcha Iudæorum, Diſtabat etiam hic annus ab anno mundi 3506, annis ſolidis 486, cum anni parte.

Annus mundi 3992.

Viceſimus primus annus, eſt annus Chriſti vulgaris LXV, in quo Paſcha incidebat in 8 diem Aprilis, & 7 dies Septembris in diem Sabbati.

Annus mundi 4027.

Viceſimus ſecundus annus, eſt annus vulgaris Chriſti LXVI, in quo 22 dies Octobris, fuit primus dies Scenopegias.

Annus mundi 4028.

Viceſimus tertius annus, eſt annus Chriſti Vulgaris LXX, in quo 17 dies Panemi menſis Macedonum, vel Hebræorum menſis Thamus, fuit dies Sabbati.

Annus mundi 4032.

Et hi quidem anni ſunt qui characteribus notantur tum in ſacris literis, tum in alijs probatis Hiſtorijs. Qui cum reperiantur in annis mundi, quos ſuperiore libro ex ſacris literis, & cælorum motibus demonſtravimus, manifeſtum eſt, & illos & cæteros omnes quos expoſuimus, ſacris literis prorſus eſſe conſentaneos.

Pertractavi igitur nunc, per Dei gratiam, quæ tribus hiſce libris demonſtranda ſuſceperam. Nam & temporis rationem expoſui, quantum Chronologia ſacra deſiderat; & annorum mundi ſeriem ex ſacris literis, & cælorum motibus demonſtravi, à mundi primordio, ad exciſa per Romanos Hieroſolyma: Denique omnes mundi annos, qui characterem habent in ſacris literis, aut alijs hiſtorijs, revocavi ad calculi examen, & oſtendi omnes illorum notas eſſe in annis mundi, quos ſuperiore libro recenſui. His ergo ſatis ſuperque à nobis demonſtratis, huic operi nunc finem impono, & DEO OP.M. à quo mihi principium fuit, & in quo mihi jam finis eſt, ex animo gratias ago. Oro etiam illum ex intimo cordis affectu, ut hunc noſtrum laborem, quem in ipſius gloriam, & Eccleſiæ utilitatem ſuſcepi; acceptum habeat, propter Ieſum Chriſtum filium ſuum dilectum, qui eſt ſuper omnes Deus laudandus in ſecula. AMEN.

FINIS.

Digitized by Google

Emendanda, & omiſſa.

Pag. 1. linea 6, divaſtata, lege devaſtata.

Pag 3. lin. 31, hora ſcz dies, lege hora ſcz, dies.

Pag. 11. lin. 20, quibus vis, lege quibuſvis.

Pag. 12. lin. 3, Planetarum, lege Planetarum. lin. 17 auni, lege anni. vnlgarem, lege vulgarem.

Pag. 13. lin 9. anui, lege anni. lin. 15, menſis, lege menſis. lin. 34, aliqnando, lege aliquando.

Pag. 19 lin. 4, cadet q̃3, lege cadit q̃3.

Pag. 32. lin. 29. Ανθεστηριών, *lege* Ανθεστηριών.

Pag. 41. lin. 30. Arphaxad biennio; poſt diluvium. lege Arphaxad; biennio poſt diluvium.

Pag. 47. lin 27, mirum, lege nurum.

Pag. 53. lin. 31. συlκρίσει, *lege* συγκρίσει.

Pag. 55. lin. 19, pariare propter, lege pariare, propter.

Pag. 62. lin. 22, & 23 Anomalæ, lege Anomaliæ.

Pag. 68. lin. 20, Artaxerxis, lege Artaxerxes.

Pag. 70. lin. 10, ante obitum, lege poſt obitum.

Pag. 77. lin. 14 & 15, decimumquintum annum, lege decimumquintum Tiberij annum.

Pag. 87. lin. 11. mortuus, lege mortuis.

Pag. 90. lin. 25, definitum eſt. Adde, Eſt autem obſervatu dignum quod Tacitus ſcribit lib. V, Phænicem avem, poſt longum ſeculorum ambitum, eo anno in Ægyptum veniſſe, Conſulibus Paulo Fabio, & L. Vitellio. Nam cum Phænix ſit pictura renaſcentium ex mortuis, ſignificatum eo eſt, Chriſtum ex mortuis reſurrexiſſe, & doctrinam Euangelij, quæ affirmat mortuos revicturos diſſeminandam fuiſſe inter Gentes.

Pag. 95. lin. 8 Actiaca pugna, lege Actiaca victoria.

Pag. 105. lin. 12, primo anni, lege primo anno.

Pag. 128. lin. 24 ſecuti, lege ſicuti. lin. 28. vicces, lege vices.

Pag. 131 lin. 4 quadraginteſimo, lege quadringenteſimo.

Pag 143. lin. 2. nono, Adde, eiuſque charactere.

Pag 152. lin 11 Baptiſtum, lege Baptiſtam. lin. 17, acqueſcendum, lege, acquieſcendum.

Digitized by Google